







1
6
404











CONTENTA IN HOC VOLVMINE.

Pimander.

Mercurij Trismegisti liber de de sapientia et potestate dei.

Asclepius.

Eiusdem Mercurij liber de voluntate diuina.

Item

Crater Hermetis A Lazarelo Septempedano.

Petri Portæ Monsterolensis dodecastichon ad

L E C T O R E M.

Accipe de superis dantem documenta libellum:
  Sume Hermen/prisca relligione virum.
Hermen/Thraicius quem nō equauerit Orpheus:
  Et quem non proles Calliopea Linus.
Zamolxin superat cum Cecropio Eumolpo
  Quos diuiniloquos phama vetusta probat.
Vtilis hic liber est/mundi fugientibus vmbram:
  Vera quibus lucis lumina pura placent.
Hic quid sit disces sapientia/summa potestas:
  Hic poteris summi discere velle dei.
Insuper inuenies plenum Cratera liquore
  Nectareo: minimi que tibi lector emes.

V A L E.



SACRO ANTISTITI GVILLERMO BRI-
CONNETO EPISCOPO LODOVENSI IA
COBVS FABER S.

V T vniuersa numerorum congeries/in pa
rem diducitur et imparem/adeo vt nichil
numeri reperiendū sit/quod par non sit
aut impar/licet imparis diuinior natura:
ita vniuersa mortalium vita/in negociū secta est &
ociū/in actionem et cōtemplationem/sed cōtempla-
tio diuinior. Cui sētētie Socrates/Plato/Aristoteles
accedūt: apud quos negocium propter ociū/et actio
cōtemplationem finem habet/eam presertim que ad
sapientiā pertinens/ mētes ad deum sustollit. Qua-
re cum is sit optimus vite nostre finis/deū scilicet co
gnoscere & ad ipsū pansis(vt aiunt)velis cōtendere/
totoq; currere affectu:ratus sū pietati mētis tue/rem
haud ingratā me facturum/si duo opuscula Mercu
rij Trismegisti / vetustissimi quidē Theologi/vnū de
sapientia et potestate dei qui & PIMANDER/alte
rū de volūtate diuia/cui nomē ASCLEPIVS/reco
gnoscerem/& aliquātulū lucis argumenta afferrēt.
recognita autē et hunc in modum iuta tibi offerrē.
vt si quādo ex negocio ad ociū respires/vt ex nocte
ad oculis amicam claritatem:generosa mēs actione
defessa/parumper quietam cōtemplationē offendēs/
diuine meditatiōis pabulum decerpat. Ceterum Pi-
mandro & Asclepio CRATER HERmetis/non ve
tus/sed presentaneum/pium tamē opus adiūgitur.
quod eo libentius a me factū duces:q cognoscā te/
nulla vnq rerum diuinarum sacietate teneri. Vale
presidium nostrum/presulumq; decus.

¶ Argumentum Marsilij Ficini Florentini: in librū Mercurij Trismegisti: ad Cosmum Medicem.

e O tempore/quo Moses natus est: floruit Atlas astrologus Promethei Physici frater /ac maternus auus maioris mercurij/cuiꝰ nepos fuit Mercurius Trismegistus. Hoc autem de illo scribit Augustinus. quā̄q̄ Cicero atq̄ Lactātius mercurios quinq̄ per ordinem fuisse volunt/quintūq̄ fuisse illum qui ab egyptijs theut: a grecis autem Trismegistus appellatus est. Hunc asserūt occidisse. Argum: egyptijs prefuisse/eisq̄ leges ac litteras tradidisse. Litterarum vero characteres in animalium/arborumq̄ figuris instituisse. Hic in tanta hominū veneratione fuit: vt in deorum numerum relatus sit. Templa illius numinis/cōstructa q̄plurima. Nomen eius propriū ob reuerentiā quandā/ꝓnunciare/vulgo ac temere nō licebat. Primus anni mēsis apud egyptios noīe eius cognomiatur: oppidū ab eo cōditur/quod etiā nunc grece noīatur Hermopolis. id est Mercurij ciuitas. Trismegistum vero ter maximū nuncuparūt quoniā et philosophus maximus/et sacerdos maximus/et rex maximus extitit. Mos enim erat egyptijs (vt plato scribit) ex philosophorū numero sacerdotes/ex sacerdotum cetu regem eligere. Ille igitur quemadmodum acumine atq̄ doctrina/philosophis omibus antecesserat: sic sacerdos inde cōstitutus/sanctimonia vite: diuinorūq̄ cultu: vniuersis sacerdotibus prestitit. ac demū adeptus regiā dignitatē/administratione legū/rebusq̄ gestis superiorū regū gloriā

Moses.
Atlas.
Mercurius
Augustinꝰ
Cicero.
Lactantius
Argus.
Hermopol'
Plato.

obſcurauit/vt merito ter maximus fuerit nuncupa=
tus.Hic inter philoſopbos primus:a Phyſicis ac ma=
thematicis ad diuinorum contemplationem ſe con=
tulit.Primus de maieſtate dei/demonū ordine/ani=
marum mutationibus ſapientiſſime diſputauit:Pri=
mus igitur theologie appellatus eſt auctor.eum ſe=
quutus: orpheus ſecundas antique theologie partes
obtinuit.Orphei ſacris initiatus eſt Aglaophemus.
Aglaophemo ſucceſſit ī theologia Pythagoras:quē
philolaus ſectatus eſt diui Platonis noſtri preceptor
Itaq; vna priſce theologie vndiq; ſibi conſona ſecta:
ex theologis ſex miro quodam ordine conflata eſt/
exordia ſumens a Mercurio/a diuo Platone penit⁹
abſoluta.Scripſit autem Mercurius libros ad diui=
narum rerum cognitionem pertinentes q̃plurimos
in quibus (proh deus immortalis) q̄ arcana myſte=
ria q̄ ſtupenda panduntur oracula.nec vt philoſo=
phus tantum:ſed vt propheta ſepenumero loquitur
canitq; futura.Hic ruinam preuidit priſce religiōis
hic ortum noue fidei.hic aduentum Criſti.hic futu
rum iudicium/reſurrectionem ſeculi/beatorum glo
riam/ſupplicia peccatorum.Quo factum eſt vt Au=
relius Auguſtinus dubitauerit:peritia ne ſyderum/
an reuelatione demonum/multa protulerit. Lactā=
tius autem illum inter ſybillas/ac prophetas connu
merare non dubitat. E multis deniq; Mercurij li=
bris duo ſunt diuini precipue.vnus de volūtate di=
uina:alter de poteſtate et ſapientia dei. Ille Aſcle=
pius:hic Pimander inſcribitur.Illum Apuleius pla
tonicus latinum fecit:alter vſq; ad hec tempora re=
ſtitit apud grecos.At nuper ex Macedonia in Ita=
liam aduectus:diligentia Leonardi piſtorieſis/ do=

Orpheus
agolaophe
mus
pythago=
ras.
Philolaus.
Plato.

Auguſtin⁹

Duo Mer=
curij libri.

Apuleius

Piſtorieſis.

cti/probiq monachi ad nos peruenit. Ego autem cũ tuis exhortationibus prouocatus/e greca lingua in latinam conuertere statuissem:equum fore putaui Cosme felix/vt nomini tuo opusculum dedicarẽ. Nam cui⁹ ipse adiutus opibus/librisq afatim refertus/studijs Grecis incubui:eidem studiorum grecorum me decet offerre primitias. Neq fas erit:opus tam sapientis philosophi/tam pij sacerdotis/tam potentis regis dicare cuiq̃/nisi ipse(cui dicatur)pietate/sapientia/potentia/reliquis omnibus antecelleret. Est autem(vt ad scripta Mercurij descendamus)huius libri titulus/Pimander.quoniã ex quattuor personis:que in dialogo disputant prime Pimãdro partes attribuuntur. Edidit vero librum egyptijs litteris ideq grece lingue peritus/grecis inde transferendo communicauit egyptiorum mysteria. ¶Propositum huius operis est:de potestate et sapientia dei disserere. Cunq sint horum operationes gemine:quarũ prima/in ipsa dei natura permanet/secunda porrigitur ad externa/et illa quidem mundum primum/eternumq concipit/hec vero mũdum secundũ/temporalemq parit:de vtrisq operationibus/deq mundo vtroq grauissima disputat. Quid dei potestas. quid sapientia.quo ordine itrinsecus cõcipiant.quo progressu exterius pariant. Preterea que producta sunt quomodo seinuicem habeant.quo conueniant. quoue discrepent.quo deniq pacto suum respiciãt autorem. Ordo autem voluminis est:vt in dialogos quattuordeci distinguamus:vtq prime dialogi partes/Pimandro dẽtur.Secũdas teneat Trismegistus. Tertias Esculapius.Quartum locum obtineat Tatius.Intelligit ergo Mercurius in diuinis Esculapiũ

ac Tatium erudire. Diuina docere nequit: qui non didicit. ac humano ingenio que supra naturam sũt: inuenire non possumus. Diuino itaq3 opus est lumi ne: vt solis luce solem ipsũ intueamur. Lumen vero diuine mentis nunq̃ infunditur anime: nisi ipsa (ceu luna ad solem) ad dei mentem penitus conuertatur. Non conuertitur ad mentem anima: nisi cum ipsa quoq3 fit mẽs. Mens vero non prius fit: q̃ deceptio= nes sensuum et phãtasie nebulas deposuerit. Hac de causa Mercurius modo sensus et phãtasie caligines exuit: in adytum mentis se reuocans. Mox Pimander id est mens diuina in hunc influit. Vnde ordinẽ re= rum omnium/ et in deo existẽtium/ et ex deo manã= tium: contemplatur. Demum que diuino sunt numi ne reuelata: ceteris hominibus explicat. Is igitur est libri titulus: id propositum illius et ordo. Tu vero Cosme felix: lege feliciter/ ac diu viue/ vt et diu pa= tria viuat.

¶Mercurij Triſmegiſti liber de Poteſtate et Sapi=
entia Dei:e Greco in latinum traductus a Marſilio
Ficino Florentino: ad Coſmum Medicem Patrie pa
trem. Pimander I.

c Vm de rerum natura cogitarem / ac mentis
aciem ad ſuperna erigerem: ſopitis iam cor
poris ſenſibus / quemadmodum accidere ſo=
let iis / qui ob ſaturitatem / vel defatigatio=
nem ſomno grauati ſunt: ſubito mihi viſus ſum cer=
nere quēdam immenſa magnitudine corporis / qui
me nomine vocans / in hunc modū clamaret. Quid
eſt o Mercuri: quod et audire/et intueri deſideras?
Quid eſt quod diſcere atqꝫ intelligere cupis? Tum
ego quiſnam es inquam? Sum inquit ille Piman=
der mens diuine potentie/ac tu vide quid velis: ipſe
vero tibi vbiqꝫ adero. Cupio inquā rerum naturam
diſcere: deumqꝫ cognoſcere. Ad hec ille. Tua me mē
te complectere: et ego te in cunctis que optaris eru=
diam. Cum hec dixiſſet: mutauit formam/et vniuer
ſa ſubito reuelauit. Cernebam enim īmēſum quod=
dam ſpectaculum/omnia videlicet in lumen cōuer=
ſa/ſuaue nimiū atqꝫ iucundum: quod intuentem me
mirifice oblectabat. Paulopoſt vmbra quedam hor
renda/obliqua reuolutione ſubter labebaṫ: in humi=
damqꝫ naturam migrabat/ineffabili tum vultu exa
gitatam. inde fumus quidā magnus in ſonitū erum
pebat: ex ſonitu vox egrediebatur/quā ego luminis
vocem exiſtimabam: ex hac luminis voce verbū fa=
ctum prodiit. Verum hoc nature humide adſtans:
eam fouebat. ex humide autem nature viſceribus:
ſincerus ac leuis ignis protinus euolans alta petit

Aer quoq; leuis spiritu parens: mediam regionem inter ignem & aquam sortiebatur. terra vero et aqua sic inuicem commixte iacebant: vt terre facies aquis obruta nusq̄ pateret. Hec duo deinde commota sunt a spiritali verbo/ quod eis superferebatur: aures eorum circumsonans. Tunc Pimander ait. Aduertis quid sibi hec visio velit? Cognoscam inquā. Ait ergo Pimander. Lumen illud ego sum mens/deus tuus: antiquior q̄ natura humida / que ex vmbra effulsit. mentis vero germen lucens/dei filius. Quid ergo inquam? Sic inquit. Cogita: quod in te videt et audit verbū domini: mens autem pater deus. neq; enī distāt adiuicem: horū vnio vite est. TRISME. Gratias habeo tibi. PIMAN. Verum in primis meditare lumen: atq; cognosce. TRISME. Hec vbi dicta sunt: diu illum oraui/vt eius ideam ad me conuerteret. Quod cum ille fecisset: repente prospicio mea in mente lucem viribus innumeris existentem: ornatum sine termino ignem / vi ingenti circumseptum/ et in ipsa stabilitate dominantem. Hec ipse percepi per pimandri verbum: qui me stupore attonitū/ sic iterum affatus est. Vidisti in mente primam speciem infinito imperio preualētem? Eiusmodi quedam mihi Pimander. At ego illi. Elemēta nature vnde manarunt? PIMAN. Ex voluntare dei: que verbum cō plexa / pulchrumq; intuita mundum/ad eius exemplar/ reliqua sui ipsius elementis vitalibusq; seminibus exornauit. Mens autem deus vtriusq; sexus fecunditate plenissimus / vita et lux cū verbo suo mē tem alteram opificem peperit: qui quidē deus ignis atq; spiritus numen. Septem deinceps fabricauit gubernatores: qui circulis mundum sensibilem comple

ctuntur/eorumq3 dispositio fatum vocatur. Connexuit inde dei verbũ ex elementis deorsum tendentibus/purum nature artificium: vnitumq3 est opifici menti. consubstantiale enim erat. relictaq3 sunt elementa nature deorsum cadentia sine ratione: vt sint tanq̃ sola materies. Mens qnidem opifex vna cũ verbo circulos continens/ac celeri rapacitate conuertens: suam ad se machinã flexit/eamq3 volui a principio ad finem absq3 fine precepit. incipit enim illic semper vbi definit. horum ꝑfecto cunctorum circuitus. Queãdmodum ipsa mens voluit: ex elementis inferioribus aĩalia conflauit rationis expertia. neq3 enim prebuit rationẽ. aer volatilia ꝓtulit: aqua vero natãtia. Distincta quoq3 inter se sunt aqua et terra: eum in modum qui menti placuerat. Terra postmodum animãtia (que intus habuerat) peperit: quadrupedia videlicet serpẽtia/fera/agrestia/pariter atq3 domestica. at pater omnium intellectus vita et fulgor existẽs: hominẽ sibi similẽ ꝓcreauit/atq3 ei tanq̃ filio suo congratulatus est. pulcher enim erat: patrisq3 sui ferebat imaginẽ. Deus enim re vera ꝓpria forma nimirũ delectatus: opera ei⁹ oĩa vsui concessit humano. Homo autem cum cõsiderasset/in tẽpore suo rerum omniũ ꝓcreationẽ: ipse quoq3 fabricare voluit. vnde/a contemplatione patris: ad speram generationis delapsus est. Cumq3 omniũ in se potestatẽ haberet: opificia septẽ gubernatorũ animaduertit. Hi autẽ humane mentis meditatione gaudentes: singuli eorũ ꝓprij ordinis participẽ hoĩem reddidere. Qui postq̃ didicit horũ essentiã/ꝓpriãq3 naturam cõspexit: penetrare atq3 rescindere iam exoptabat ambitum circulorũ/vimq3 gubernatoris presidentis igni

cõprehendere. Quiue arbitrium et potestatẽ oĩm ha=
buerat: in animãtia mundi mortalia et ratione carẽ
tia / per harmoniã emersit atq; exilijt / penetrãs ac re
soluens potentiã circulorũ. ostenditq; naturam / que
deorsum labitur: velut pulchrã dei formã. qui cum
naturã cõtueret mira pulchritudine preditam esse /
actiõesq; ommnes septẽ gubernatorũ / atq; insuper dei
ipsius effigiem possidere: illi amore ĩgenti subrisit
vt pote qui humane pulchritudinis speciem ĩ aqua
specularet: eiusdẽq; admirationẽ quãdã in terra cõ
spiceret. ille pterea cõsecutus similẽ sibi formã in se
ipso existentẽ: velut in aqua amauit eam. secũq; con
gredi cõcupiuit. Effectus euestigio sequutus est vo=
luntatẽ. formãq; carẽtem ratione pgenuit. Natura
illud in qđ toto ferebatur amore complexa: illi pe=
nitus sese ĩplicuit atq; cõmiscuit. quãdoquidem so=
lus homo ex vniuersis terrenis animantibus dupli=
cis nature censet: mortalis quidẽ pter corpus / im
mortalis autẽ propter hoĩem ipsum substãtialẽ. im=
mortalis enĩ est / cũctorũq; arbitrium obtinet: cetera
vero viuentia que mortalia sunt: fato subiecta / patiũ
tur. Nõ igitur harmonia superior obstitit: in harmo
niam vero lapsus periclitatus / seruus effect⁹ est. Hic
vtriusq; sexus fecunditate munitus / ab eo qui arbo=
rũ et riuorũ fons est / vigilq; fact⁹ ab eo qui est vigi=
lans: continetur atq; eius dominationi subijcitur.
TRISME. Post hec: mens inquam mee rationis: ip
se es. Tum Pimãder. Id est inquit mysterium: quod
in hanc vsq; diem: genus humanum latuit. Natu=
ra quippe homini sese immiscens: miraculum attu=
lit / quod omnium miraculornm vincit admiratio
nem. nam cum septem illorum harmonia ipse iam

fuiſſet imbutus ab eo/quem tibi pauloante narraui patre videlicet atq₃ ſpiritu:natura ipſa non reſtitit. Quinimo ſeptem protinus homines peperit:ſeptem gubernatorum naturas/maſculini pariter ac femini ni generis compotes atq₃ ſublimes. Ad hec ipſe ſic intuli. O Pimander:ardenti deſiderio nuper affe= ctus ſum:audire preterea reliqua cupio. Quare:ne hic me deſeras:obſecro.Ceterũ ille mihi: PIMAN. Sile: nondum enim primum ſermonem abſolui. TRISME.Ecce iam taceo.PIMAN.Horum ſep= tem(vt dixi)generatio in hunc modum effecta eſt. Femina enim aer et aqua coeundi compos:ex igne maturitatem/ex ethere ſumpſit ſpiritum/conglutina uitq₃ natura corpora ad hominis ſpeciem effingen= dam.Non autem ex vita et luce:in animã/ mortẽq₃ proceſſit.vita quippe animam largita eſt:lux deniq₃ mortem.Talia profecto vſq₃ ad finem circuitus prin cipiorum ſimul et generum: cuncta mundi ſenſibus membra manebant.Verum audi iam reliquum(quẽ ſumopere cupiebas)ſermonem.Expleto demum cir= cuitu:omnium(volente deo)ſolutus eſt nodus.nam cuncta vtriuſq₃ generis animantia:vna cum homi= ne diſſoluuntur.Et maſcula quidem ex parte: femi= neaq₃ ſimiliter conficiebantur. Extemplo deus ver= bo ſancto clamauit. pululate/ adoleſcite/propagate vniuerſa germina/atq₃ opera mea.Vos inſuper:qui= bus mentis portio conceſſa eſt: genus recognoſcite veſtrum/veſtramq₃ naturam immortalem conſide= rate.Amorem corporis: mortis cauſam eſſe ſcite.re= rum omnium naturam diſcite. His dictis proui= dentia per fatum harmoniamq₃ conflauit mixtio= nes:generationeſq₃ conſtituit.Vnde cuncta ſunt ſe=

cundum genus proprium propagata. Demū qui se ipsum cognouit: bonum (quod est super essentiā) cōsequutus ea. qui vero corpus/amoris errore complectebatur: is oberrabat in tenebris/mortis mala sensu percipiens. TRISME. Quot tamē delinquunt: ignorātes inquā/vt ob eam causam īmortalitate priuentur. PIMAN. Videris o Mercuri non satis intelligere: que audieris. TRISME. Et si nondū ītelligere sim professus: intelligo tamen/ac memini. PIMAN. Gratulor si que dicta sūt: tenes. TRISME. Responde mihi queso Pimāder: cur digni morte sint ij qui in morte iacent? PIMAN. Quia precessit proprio corpori tristis vmbra: ex hac quidē natura humida. ex hac vero corpus in mundo sensibili constitit. ex hoc deniq̧ mors ipa scaturijt: Num hoc tenes Mercuri? Tenes etiam qua de causa: qui seipsum cognoscit: trāsit in deum/vt dei verbū tradidit. TRISME. Quoniā ex vita et luce constat omniū pater: ex quo natus est homo. PIMAN. Recte loqueris. Lux et vita deus est/& pater: ex quo natus est hō. si igit̃ cōprehēderis teipsū ex vita ac luce cōpositū: ad vitā rursus luceq̧ trāscendes. TRISME. Hec ait Pimāder. At ego. Adhuc mihi mens dicas oro: quonam pacto ad vitā ascendere queā. PIMAN. Deus ipse mēs iussit/vt homo mētis particeps: seipsū aīaduerteret. TRISME. Nō ergo hoīes singuli mentem possidēt. PIMAN. Recte dicis Mercuri. assum enim ego mens ijs/qui boni/pij/puri/religiosi/sāctiq̧ sūt: presentiaq̧ mea fert illis opem/adeoq̧ vt statim cūcta dinoscāt/patrēq̧ pacatum et propitium habeāt. Itaq̧ gratias agūt benedicentes pie: et hymnis solēnibus collaudātes/cōcedūt sane corp⁹ morti sue/sen-

Mens diuina pijs assistens.

suũ illecebras fastidiunt. vt pote qui clare diiudicant q̃ letifera sint sensuum lenocinia. qui etiam ipsa mẽs ianitoris munere fungens: incidentes in insidias cor poris/haud quaq̃ permitto finem consequi suum. adi tus enim per quos turpes blanditie manare solent: iugiter intercludo/libidinumq; fomites omnes extin guo. Contra ab ignaris/improbis/ ignauis/ inuidis/ iniquis/homicidis/impijs/procul admodum habito/ permittẽs eos demonis vltoris arbitrio/qui ignis acu men incutiens: sensus affligit/magisq; ad patranda scelera armat hominem: vt turpioris culpe reus/ acri ori supplicio sit obnoxius. Eumq; sine vlla intermis= sione: ad insatiabiles cõcupiscentias inflammat. cũ eo pugnat in tenebris: peccatum examinat/et ignis impetum in eius cruciatum mirum immodum con citat atq; adauget. TRISME. Diligenter mihi oĩa o mens quemadmodum postulabã: exposuisti. Vlte= rius autem id responde. quid post ascensionem futu= rum sit. Primum quidem (Pimander ait) in corporis materialis resolutione: corpus in alterationem labi= tur. species quam ante habuerat: ĩsensibilis delitescit in posterum. morum ociosus habitus demoni conce ditur atq; dimittitur. sensus corporei partes anime facti: suos in fontes refluunt/ aliquando in suos ac= tus iterum surrecturi/ irascendi et appetendi vires in naturam conuertunt ratione carentem. itaq; residu um tum per harmoniam recurrit ad supera/Prime dehĩc zone crescẽdi pariter et decrescẽdi officiũ red= dit. Secunde machinationem malorum: ociosum= q; dolum. Tertie ociosam concupiscentie deceptio= nem. Quarte imperiosam atq; inexplebilem ambi= tionem. Quinte prophanam arrogantiam: & auda=

Demon vl tor assistẽs malis

Ascensus: terrena oĩa missa faci= endo.

tie temeritatē. Sexte occasiones diuitiarum prauas itemq3 ociosas. Septime zone mendacium insitum. Tunc sane animus harmonie motiōes exutus: ad optatam naturā reuertitur vim propriam habēs: vnaq3 cum iis qui illic sūt/ patrem laudat. ipsi quoq3 in potestatum se numerum conferunt: effectiq3 potestates/ deo fruuntur. atq3 id est summū bonum eorum quibus cognoscendi sors competit: deum scilicet fieri. Quid preter hec ad te ꝑtinet: nisi vt cūcta amplexus dux fore velis eorum/qui cura sint tua digni/vt humanū genus tuo munere diuinam salutem cōsequatur. Talia quedam effatus Pimander: in potestatum diuinarum numerum se reduxit. ego autem benedicens/ac gratias agens vniuersorum parenti: surrexi iam corroboratus ab illo/totiusq3 edoctus nature ordinem/spectaculum etiam clarissimum contēplatus.

Exhortatio mercurii.

Hinc ipse cepi hominibus: pietatis et scientie decorē enūciare. O populi viri terrigene/qui vosipsos ebrietati/somno/et ignorātie dedistis: sobrii viuite. abstinete a vētris luxu: vos qui irrationali sūno demulcti estis. illi autem exaudientes: mecū vnanimes cōuenere. Tūc rursus adieci. cur o viri terrigene p̄cipites in mortē ruitis: cū vobis haud quaq̄ desit īmortalitatis cōsequende facultas: reuocate iam vosmet: qui laboratis inopia / ignorantie tenebris inuoluti. discedite ab obscuro lumine: asciscite īmortalitatē/corruptionem fugite. Eorum vero partim deridentes abcedebāt: in mortis iter p̄cipitati. partim aūt ad pedes meos ꝓstrati: vt eos instruerē p̄cabantur. subleuās igit̄ eos: dux hūani factus sum generis. ostēdebā quippe illis q̄ ratio esset cōsequende salutis: sapiētieq3 sermones illorū auribus infundebam. quo factū est: vt illi

ex imbrium procellis emerserint. tandem aduentãte vespere: solisq radijs occidẽtibus (vt deo gratias agerent) precipiebam. Postq̃ vero gratias egerant: quisq in proprium se cubile condebat. Ego autem Pimaudri beneficium inscripsi penetralibus animi: atq adeptus(que petieram)omnia:in gaudio requieui.corporis enim somnus(cum sobrietas extiterat) oculorum compressione verus intuitus:silentiũ meũ bonitatis fecunda pregnatio:sermonis prolatio bonorum omnium genitura.Hec mihi cotingerunt ex mente haurienti.id est ex Pimandro diuine potẽtie verbo. Vnde ipse diuino afflatus spiritu:veritatis cõpos effectus sum. quamobrem omnibus animi viribus:patri deo gratias ago. Sanctus deus pater omnium.Sanctus deus cuius voluntas a proprijs potestatibus adimpletur. Sanctus deus/ qui suis familiaribus innotescit.Sanctus es: qui verbo cuncta cõstituisti.Sanctus es cuius imago est omnis natura.Sãctus es quem nunq̃ natura creauit.Sanctus es omni potestate validior. Sanctus es omni excellentia maior. Sanctus es omni laude melior. Excipe verborum sacrificia sãcta:ab animo et corde debito tibi manantia. Ineffabilis: solo silentio predicandus ab eo/qui fallacias vere cognitioni contrarias declinauit. Annue: corrobora me.atq huius gratie participes effice eos:qui in ignorantia versantur/cognatione quidem mihi fratres/tibi autem filij. Etenim fidem tibi presto.testimoniũ de te perhibeo.In vitã ac lumen assurgo. Ipse pater es venerandus. homo autem tuus: sanctitate vna tecum potiri desiderat. cum potestatem illi/oĩm arbitriumq concesseris.

Gratiarũ actio Mercurij.

I N hoc primo ex quattuordecim dialogis (salua semper religiõis pietate) videtur Mercurius mosaica misteria tractare. Moses enĩ tenebras vidit sup faciẽ abyssi & spiritum domini ferri super aquas: hic vero vmbram horrendam in humidam naturam migrantem: quamquidem humidam naturam verbum domini fouebat. Ille potenti verbo domini cuncta creata nunciat: hic vero verbum illud lucẽs (qꝛ omĩa illuminet) germen mẽtis/filium dei esse asseuerat: et mentem patrem et verbum mentis filium natura non distare. cõsubstantiale inquit erat. vidit et horum esse vnionem. Et si plenius desideras et fas est viris ante verbi carneum velamen tãtum diuine cognitionis ascribere: vidit filium ex patre nascentẽ et spiritum ex patre/filioqꝫ miro modo procedentẽ/cum dixit. Mens autem deus vtriusqꝫ sexus fecunditate plenissimus vita et lux/ cum verbo suo mentem alteram opificem peperit. Vidit et mentem exuberanti fecunditate sui se ad externa porrigẽtem: & ad sui diuini verbi exemplar formãtem vniuersa. et vnicuiqꝫ: in aere in aqua et in terra/ ꝓpriam secundum genus suum naturam dispertiẽtem. mox hominẽ ad ipsius similitudinẽ & imaginem factũ: cuiꝰ vsui vniuersa sensibilia mẽs opifex subiecit. qui mox de intelligibili spera ad corporeorũ concupiscibiliumqꝫ speram prolapsus est. hinc quoqꝫ fomitis malorũ cõtraxit originem: et tãdem homo/omniũ (volẽte deo) solutus est nodus/mortiqꝫ cũ ceteris factus obnoxius. Quid hic aliud est deum verbo sancto clamasse: pululate/adolescite/propagate vniuersa germĩa/ atqꝫ opera mea: q̄ id mosaicũ crescite et multiplicamini et replete terram. Mox Mercurius nos instruit qua pateat aditus ad mẽtem et quis nos ab ea tandẽ malus auferat error. et quibus mẽs abũde bonorum largitrix assit: quibusue pariter absit: et quo pacto quemadmodum certis gradibus ab intellectuali ĩmortaliqꝫ natura labimur degeneramusqꝫ ad caduca: ita quoqꝫ certis/oppositisqꝫ gradibus in priorem purgate mentis statum redintegramur. Moses diuino instituto dux fit hebrei gregis. Mercurius egyptij. et nunc sancta institutiõe gregem suum pascit actiuam vitã viuens: nunc vero hymnis gratiarumqꝫ actionibus rerum patrem collaudãs/ in contemplationis vitam lumẽqꝫ assurgit/ hec Pimandri summa est.

¶Mercurij ad Esculapium Sermo vniuersalis. II

I

d Eus atq; ipsa diuinitas/dico nunc nõ quod genitum videlicet: quia ingenitum. Si er go diuinũ sit: essentia est. sin deus: etiam su per essentiã. Intelligibile autẽ id hoc pacto. intelligibi lis enĩ deus primus nõ sibi: sed nobis existit. intelligibi le quippe ĩtelligenti per sensũ subincidit. deus itaq; mi nime sibi intelligibilis. non enĩ aliud quiddã existens: preter id quod intelligit/ĩtelligitur a seipso. est tñ diffe rẽs quiddã a nobis: iccirco a nobis ĩtelligitur. Quod si ĩtelligibilis logos: nõ deus. sin vt deus: haud sane vt lo gos/verbum tãquã discretus dicatur. Omne aũt quod mouetur: nõ in moto sed in quodã stabili mouetur. ip sum quoq; quod mouet etiã ꝑmanet. impossibile enim est cum eo simul agitari. ESCV. Quo nã igitur pacto Trismegiste: ea que in mundo sunt mutãtur vna cũ ijs que mouẽt? nã speras erraticas ab aplane sphera moue ri dicebas. TRISME. Iste nõ motus o Esculapi: sed re sistẽtia est. nõ enĩ eodẽ sed modo cõtrario gradiuntur. oppositio vero reuerberationẽ motiõis stabilẽ cõtinet. reꝑcussio enĩ statiõis: agitatio est. Ideoq; erratice sphe re cõtrario ac aplane subalterne ĩuicẽ discurrẽdo obuia tione cõtraria circa oppositionẽ huiusmodi ab ea q̃ per stat/agitãtur. Quod quidẽ aliter habere se nequit. nã arctos ipas (quas nosti nec exoriri vnq̃ nec mergi) cir ca idẽ ꝑpetuo recurrẽtes: nõ moueri censes/an cõsistere potius? ESCV. Moueri o trismegiste TRISME. Quo nã motu Esculapi? ESCV. Motione circa idẽ sẽ piterne currẽte. TRISME. At vero circulatio illa idẽ & circa idem/motus statione cõtentus. ipsum nãq; cir ca idẽ prohibet/quod suꝑ ipsum est. impeditũ aũt id quod super ipsum est: circa idem ĩstat. atq; ita cõtraria agitatio firma est: ab ipa oppositione/ꝑpetuo stabilita.

Exempla tibi ante oculos ponā in terris viuētiū: veluti dū homo quis natat (currēte nimirū aqua) manuū simul & pedū repcussio stare hoiem efficit / ne cū aqua pariter collabat̃: aut mergat̃ in eā. ESCV. Perspicuū o trimegiste exemplū in mediū attulisti. TRISME. Quodcūq3 ergo mouet̃: in statu / a statu mouetur. Motus itaq3 aialis omis (quod ex materia cōstat) nequaq̃ fit ab ijs q̃ sūt extra mūdū. ceteℝ ab iternis ad externa seu ab aia / siue a spū / siue ab aio quodā icorporali. corpus enī corpus aiatū minime mouet: si neq3 totū simul corpus / & si iaiatū existat. ESCV. Qua ratiōe id asseris o trismegiste? TRISME. Ligna et lapides / & cetera oia quecūq3 aiam habēt: nō mouētur a corporibus o Esculapi? Quid enī itra corpus: mouens ipsū inaiatum? non vtiq3 corpus illud est: quo mouētur vtraq3 / et corp⁹ ei⁹ quod fert / eiusq3 quod fert̃. Nō illud quoq3 quod dictū est / aiatū est: ob eā potissimū rationem quod mouet. Nonne ergo perspicis aiam tunc onerari maxime: quādo sola duo corpora sustinet? Quietiā manifestū est quicquid mouet̃: in aliquo & ab aliquo stante moueri. ESCV. In illo vtiq3 mutari oportet: q̃ mutātur o trismegiste. TRISME. Recte dicis o Esculapi. Nihil est in rerū ordine vacuum. solū vero quod nō est / quod priuatur existētia: vacuū nuncupādū. nihil enī reperiri potest: quod cum existat / vacuum sit. ESCV. Nōne reperiūtur q̃dā vacua trismegiste? veluti doliū vacuū / vacuus puteus / & similia quoq3 q̃plurima? TRISME. Heu q̃ pcul a veritate vagaris o esculapi. q̃ ampla & maxīe oīum plena sūt: ea tu vacua putas. ESCV. Quō id o trismegiste. TRISME. Aer pfecto corpus est. id corpus reliq̃ penetrat: discurrensq3 replet oia. corpus enī huiusmodi est: ex corporalibus

Animā motu diffinit.

nō cōpositū. Quo fit: vt q̄cūq; tu vacua nuncupas: plena sint aeris. Itaq; cōcaua potius ista q̄ vacua noīari debent. nam & existūt: ac aeris/spiritusq; sunt plena. ESCV. Inuicta atq; īdubia hec est ratio trismegiste. aer corpus est. id corpus ī reliqua p̄manat: atq; īfluēs cōplet oīa. Locū ī quo oē mouetur quid esse dicemus? TRISME. Incorporeū o esculapi. ESCV. Incorporeū vero quid est? TRISME. Mens ac ratio sese cōplectēs: libera ab oī corporis mole. ab errore aliena/ īpassibilis/ ītāgibilis/ ipsa sibi assistēs: purgās atq; seruans oīa. cuius radij sūt bonū/ veritas/ prīcipale lumē: prīaq; aīarum forma. ESCV. Deus quid est? TRISME. Qđ nullū ex ijs est: hoꝝ tamē oīm vt sit cā/ p̄sens quidā cūctis/ p̄sēs etiā vnicuiq; neq; quicq̄ p̄mittit nō esse. Oīa ex ijs q̄ sūt p̄creāt̄. de nihilo aūt nihil p̄uenit. nā q̄ mīme sūt: naturā nullā habēt/ qua fieri valeāt. cōtra ea q̄ sūt: naturā nō habēt/ p̄ quam aliq̄n non existāt. ESCV. Quid igr̄ ais deū eē aliq̄n? TRISME. Deus p̄fecto mēs nō est. at vero vt sit mēs: causa est nec spūs: sed causa q̄ spūs extat. nec lumē: sed causa qua lumen existit. Vnde deū colere oportet duobus ijs cognomētis: q̄ soli cōpetūt illi. ceteroꝝ vero nulli penitꝰ cōgruunt. Et ei ex ijs qui p̄ter ipsū appellāt̄ dij: seu demōes/ siue hoīes: nullus tā bonus eē potest/ q̄ deus vnicus. is eni ipsū bonū est: nec aliud quicq̄ p̄ter bonū. Reliqua oīa ab ipa boni natura secreta sūt. Corpꝰ quidē & aīa locū habēt nullū: quo bonū capiāt. tā āpla eni ē bonitas q̄ existētia reꝝ oīm/ tū corp̄aliū/ tū etiā icorp̄aliū/ sensibiliūq;/ & itelligibiliū. id bonū est: id est deus. Caue itaq; ne quādo dixeris aliud quicq̄ bonū: prophanus ei hic foret error. Neq; etiā dixeris deū aliud quidā: p̄ter solū bonū. in eandē quippe ipietatē icideres.

Locus.

Deus.

duo cognomenta dei. bonū & pater.

Sermone igitur ab oībus bonū ꝓnūciatur. quid tamen sit: ab oībus nō ītelligitur. iccirco deus nō cognoscitur ab oībus. Verū propter ignorātiā: tū deos/ tū etiā non nullos hoīes bonos nominant. nūq̄ tñ esse boni possūt. nec etiā fieri. Reliqui igitur dij cūcti īmortales: honorati noīe dei. deus autē bonū nō secundū honorationem: sed ipsa sui natura. Vna ei dei natura est: ipsū scilicet bonum. vnū quidē est in vtrisq3 noībus: vnde cuncta genera ꝓfluūt. Bonus enī porrigit vniuersa: nec accipit quicq̄. deus exhibet omia: capit nihil. igitur deus bonū: ac

Pater. bonū deus. Altera dei appellatio pater est. ob eā causam: quia oīa gignit. patris enī officium est generare. Qua ꝓpter prestās id in vita censetur studiū/ atq3 ipsū apud sapiētes: ꝓcreatio liberoꝝ. extrema vero oīm calamitas et īpietas accidit illi: qui absq3 filijs e vita decedit. qua de causa: demonibus dat penas post obitum. Suppliciū deniq3 huiuscemodi est: vt sterilis aīa in corpus quoddā per iudicium migret. cui nec maris nec femine natura īsit. quod quidē a sole eleuatū est atq3 cōnexū. Igit̄ o Esculapi cū hoīe qui nullos genuit filios nullū habeto cōmerciū. īfelicitatis tñ eius miserere: cū noueris q̄ hūc mala post īteritū maneant. Tot igitur tibi et talia dicta sit o esculapi: ex quibus precognitio quedam omniū nature colligitur

s Ecundus differit deū rationali modo soli hoī intelligibilē esse. et ex centro/ polo/ loco & rerū formis: venatur ipsū deū (circa quē/ in quo/ et a quo mouent̄ oīa) stabilē/ īmobilēq3 & iugiter sibiipsi idē semp permanere/ et nihil in orbe vacuū esse posse. verū ea que inania esse vident̄: fecūdiore etiam plenitudine/ sūmā emulari plenitudinē. Mox quid non sit deus q̄ quid sit: afferre facili9 esculapio suis respōsionib9 insinuat. deū tamē eē absolutū bonū et patrē: cuius officiū est oīa gignere. qd de interna generatiōe/ & que ī ipa dei natura manet/ intellectū: diuine religiōis pietatē affert. Qd nomē boni soli deo cōuenire

cõtendit: huic euãgelice veritati cõsonat. quid me vocas bonũ: nemo bonus nisi solus deus. Et q̄ de extrema sine liberis decedentiũ calamitate subiũgit: velatus sermo est. Nõ enĩ id de corporeo: sed aĩe partu cõcipe: cui⁹ liberos/filiosq; virtutũ part⁹ putato/et masculã ad deũ/deiq; diuinissimas ꝓtãte as cõtẽplãdas sapiẽtiã. quod aperte innuit: cũ inquit. supplici ũ deniq; huiusmodi est: vt sterilis aĩa in corpus quoddã per iudicium migret. cui nec maris nec femine natura isit. quasi aperte diceret: pq̄d nũq̄ operet̃ bona: neq; boni vnq̄ quicq̄ sit susceptura. Vos ergo sumopere sterilitatẽ aĩe fugite: & prolẽ (que vos aliquãdo beatos effectura sit) gignite: patrisq; semper gignentis fecunditatẽ (quoad potestis) hoc pacto vestre mentis imitamini fecunditate. ¶Hec ¶Esculapij summa.

¶Mercurij Sermo Sacer. III.

Loria oĩm deus. diuinũ: diuina natura. principiũ vniuersoꝝ: deus/mens/natura actus/necessitas/finis/& renouatio. Erat enĩ vmbra infinita in abysso: aqua insuper et spiritus tenuis intellectualis: ꝑ diuinã potẽtiã in chaos inerant. Floruit autem splendor sanctus: qui sub arena & humida natura elementa deduxit. dijq; omnes seminalẽ naturã deligebant. Cunq; indistincta fuissent: leuia postmodũ in excelsam regionẽ ꝓuolarunt. grauia sub arena humida resederunt. Distinctis libratisq; rebus/que igneo spiritu vehebãtur: emicuit celũ septẽ in circulos. Dij in astrorũ ideis: cũ signis eoꝝ cõspiciebãtur. Dinumerate sunt stelle secundũ eos: qui inhabitant illas deos. ambitus amplior: cursu suo/aereo circulo/ cõspirãte diuino spiritu vectus. Quisq; deorũ: ex interna virtute ascriptũ sibi opus expleuit. Nata sunt ergo viuentia: quadrupedia/reptilia/aquatica simul atq; volãtia. Satio itẽ oĩs per semina pululãs: gramẽ/herba/atq; germina florũ sementẽ quodq; regeneratiõis intrinsecus cõprehendebãt. Generatio hoĩm ad diuinoꝝ operũ cognitionẽ/testimoniũq; nature/ ad imperandũ omnibus

que celo tegūtur/ad bonorū discretionē/ad incremen
tū generis/numeriq3 propaginē. omnisq3 aīa velata car
nis vmbraculo: ad celestiū deorū discursū suspiciēdū/
ad opera dei/et nature progressus/ad bonoꝝ signa/ad
potestatis diuine cognitionē. portio quedā tributa est
ad bonorū malorūq3 iudiciū ac bonoꝝ variū artificiū
inueniendū. incipit tamē in illis viuere/sapientiāq3 nā=
cisci; ad portionē cōtinue cursus deorū circūeūtiū. re=
solui preterea in id: in quo ampla extabunt monumē
ta/admonitiōesq3 artificioꝝ super terrā his electis in=
nouatiōe tēpoꝝ. herbe/generationesq3 carnis aiate(ta
befactis semētibus fructuū/opificisq3 nature & artis)re
iuuenescēt. Deniq3 vti necessitate/et renouatiōe deorū
cursuq3 circuli nūerose nature diuinū/ac ipsa scilicet
ois cōspiratio mūdi; natura denuo florescente. eteni
in ipsa diuinitate: natura etiam consistit.

Ertius rursum cōmemorat: ex informi materie sinu /for
mis ceu sanctis splendoribus illustrato/oīa ad ortū suo
ordine ꝓcessisse/et beatas celorū mentes opus sibi a sum
mo patre cōmissū explere. Et hoīem ad geminū officiū natum:
ad eternoꝝ videlicet contēplationē / et ad boni maliq3 iudiciū/
et rerū humanaꝝ cū varijs artificiorū inuentis/tū prudētia mo
deratione. cui quidē cōtēplādi materiā seq3 ad diuina attollen=
di/celū/terra/herbe/germina/et tota mūdi conspiratio/& rerū
pulcherrimus ordo/abūdātissime suggerit. est enim natura ve=
lut liber vnus diuinitate plenus/diuinorūq3 speculū. hec sermo
sacer. Tertiū tamē hūc dialogū caute legendū admoneo. nam
gētiles plane gētilitie exponūt & faciūt quoddam ad suos erro
res fūdamētū προσ παντα σχεδον την ματαιοτητα.
ad diuinationem omnem ad idolo atriam/orgia deorum te=
letas/aut verius thelo threscias/magras/theurgias/fatū/opifi=
ces deos/et huiusmōi impura & nefaria q̄plurima. nobis autem
vnus deus est/qui fecit cęlum et terram et omnia que in eis sunt:
et qui omnia (prout vult) in tempora mutat et transfert.

V Niuersum mundũ verbo nõ manibus fabricatus est opifex. Ipse vero sic cogita illũ presentẽ semper agentem oia: deũ vnicũ voluntate sua cũcta cõstituentem. Id eni eius corpus est: non tangibile/non visibile/non dimensum/nõ distans/nec alterius cuiusq̃ simile. nã nec ignis nec aqua nec aer nec et spiritus. verũ ab eo hec pendent oia. bonũ vero ita est: vt sibi soli id competat. Terrã quoq ornatu quodã diuini operis exornare voluit. Dimisit itaq hoiem mortalis animãtis: mortale animal. et mũdus quidẽ refertus animalibus viuẽtis mundi per ĩtellectũ atq rationem. homo enĩ effectus est diuini operis cõtemplator quod ꝑfecto dum admiraret: auctorẽ eius agnouit. Sermonẽ quidẽ o Tati singulis hoibus de⁹ ĩpartiuit: mentẽ vero nequaq̃. nõ quod ĩuiderit: quibus ne vtiq ĩuidet. Liuor quippe ab eo nõ ꝓuenit. sed illa que habitat cũ animis hominũ mẽte carentibus. TAT. Cur o pater nõ oibus deus mentem cõicauit? TRIRME. Quoniã voluit eã o fili: in medio tanq̃ certamen/premiũq aiarum ꝓponere. TAT. Vbinã hãc locauit. TRISME. Cum craterẽ patulũ hac implesset: ꝑconẽ misit/iubens talia quedã animis hoim nũciare. Mergat se ipsam in hanc pateram/quecunq potest: que videlicet credit craterem animã ad eum (qui demiserat) rediturum/queue finem noscit/cuius gratia nata fuerit. Quicunq igitur preconem exaudierunt/sese miserunt in mentem: ij cognitionis participes effecti sunt: mentemq suspicientes in homines perfectos euasere.

Atqui preconiũ neglexerunt: iĳ sermonis quidẽ participes/mẽtis autẽ expertes/relicti sunt ignorantes: et cuius gratia: & a quo geniti fuerint. Hoꝝ ꝑterea sẽsus irrationalis animãtis sensuũ similes: itaq & cupidine ĩpliciti: ea q̃ sunt digna cõspectu nequaq̃ admirãtur. nã libidinibus corporis mãcipati: horũ causa natum hominẽ arbitrantur. Quicunq vero dei natura fulti sunt: iĳ o Tati secũdũ operũ comparationẽ: pro mortalibus ĩmortales habẽtur. ĩtelligẽtia sua cũcta complexi q̃ in terra sũt/& q̃ in mari/& si quid est preter ea supra celũ. Atq adeo seipsos erigunt: vt ipsum quoq bonũ ĩtueãt. Quod sane cũ perspiciũt: eã (qua hic vescimur) vitã: miseriã quãdã arbitrãtur. despiciẽtes vtiq tum etiã corporea oĩa: ad vnũ solum ferũtur. Hic o Tati sciẽtiã meritus est diuinoꝝ: si cõtẽplatio est ĩtelligentia dei/diuino existẽte cratere. TAT. Equidem o pater: hui⁹ crateris latice ablui cupio. TRISME. Nisi o fili tuũ corpus oderis: teipsũ amare non poteris. q̃ primũ vero nõ te/sed deũ ipsũ dilexeris: mẽtẽ ꝓtinus cõseq̃ris: hãc deniq nactus: sciẽtiam e uestigio nãcisceris. TAT. Quonam pacto asseris hec: o pater. TRISME. Impossibile est o fili: vtrisq simul ĩtendere/mortalibus videlicet/atq diuinis. nam cum duo tantũ in ordine rerum inueniantur/corporeũ/et ĩcorporeum/ et illud quidẽ mortale/hoc diuinũ dicatur: electione vnius amittimus alterum. quotiesq vnius cura remittitur: alterius actus intenditur. Potioris itaq optio/ eligenti decora: nõ modo hoĩem qui elegit/deũ reddidit/verũ pietatẽ erga deũ ceteris quoq demõstrat. deterioris autẽ electio: hoĩem quidem ipsũ perdit: aduersus autem deum nihil ꝑter id vnum deliquit/scilicet quod queadmodum pompe per media trãseunt.

ipse quidẽ nullius actionis compotes/ceteros aũt impediẽtes: haud secus isti pomparũ istar vagãtur atq; oberrant/ ꝑpter corporis voluptates. Cum hec igitur ita se habeãt o Tati: diuina officia ꝑcedere/humana sequi debent. Deus profecto extra culpã malorũ a nobis: causa venit. nã mala: bonis anteponimus. Cernis o fili ꝙ corpora celestia transcendere nos opus est/ ꝙq; choris demonum abesse/abmitumq; astrorũ/eorũ q; progressus superare: vt ad vnũ solũq; deum tendamus. insuperabile enĩ bonũ est: sine termino infinitũ/ quo ad se nunq̃ icipiens: quo ad humanã cognitionẽ principium habens. eiusmodi tamẽ cognitio non eius initiũ est: sed nobis ipsius cogniti pricipium exhibet. Principiũ itaq; cõplectamur. hoc enĩ cognito: vniuersa celerrime discurremus. Arduũ autẽ est cõsueta ac presentia relinquẽtem: ad superiora se/potioraq; cõuertere. illa enĩ que oculis cernimus: nimium nos delectant. latentia diffidentiam pariunt. patentia autẽ sane mala sunt: bonũ occultum iis qui manifestis incumbunt. Nec enĩ forma eius vlla: nec figura. hac de causa sui tantũ simile: ceteris horum vero dissimile.
Et enĩ corpori incorporeum apparere nõ potest/huiusmõi est similis ad dissimile differẽtia dissimilisq; ad id quod simile est posteritas. Monas: id est vnitas oĩm pricipium radix atq; origo. absq; vero pricipio nihil. Initiũ aũt est nõ pricipii sed alterius. monas ergo pricipium: omnẽq; numerũ cõtinet a nullo cõtenta/omneq; gignit numerũ nullo numero genita. Quicquid vtiq; genitũ iperfectũ/diuiduũ/cresces: atq; decresces. ei vero quod perfectũ: horũ nihil accidit. id sane quod augescit: virtute monadis augetur. euanescit autẽ imbecillitate propria: cũ vlterius monadẽ capere neq̃at

Hec tibi o Tati pro viribus: imago dei subscripta sint quam si diligenter cõsideraueris / oculisq; internis ꝑnoueris: crede mihi fili ascensumad excelsa comperies. Quietiã imago ipsa te ꝑducet: habet enĩ vim certã visio: eosq; qui ĩtuẽdi desiderio flagrãt apprehẽdit/ coq; trahit modo: quo lapis qui magnes dict⁹ ẽ ferrũ.

Vartus nos hortat̃ sapiẽtiã capessere: que patulus est diuine mentis crater. in quẽ quecunq; aĩa se ĩmergit cognitionis particeps effecta: mentẽ suspicit. at vero vt ad eã se attollat: ipsã celos trãscendere opus est/ et astrorũ ambitũ/ eorũq; ꝑgressus superare / et beatorũ choros longe infra relinquere. tunc ad vnũ/ solũ q; deũ tendit: insuperabile et sine termino infinitũ bonũ. quod cũ intuet̃: corpora oĩa despicit. et vitã (qua hic vescimur) miseriã reputat: solius incorporei boni desiderio intenta. Nullus tamen in diuino cratere se valet ĩmergere: qui suũ corp⁹ nõ oderit: et qui nõ se: sed deũ ipsũ dilexerit. & qui nõ mortalia negligẽs solis diuinis heserit: solis assit sola meditet̃ atq; flagret. Mox vnitatis et nũeroꝝ analogia: ad verã monadẽ cogitandã/ verosq; nature nũeros nos eleuat. Hæc Crater.

¶ Mercurij ad Tatium filium suũ. Quod deus latẽs simul ac patens est. V

h Vnc preterea sermonem apud te transigam o Tati: ne precipuum nomen tibi desit: neue ignores id quod plurimis occultũ videtur esse ꝑspicuum. nam si nusq̃ pateat: nihil vtiq; erit. Quodcũq; se offert aspectui: genitum. quod vero latet: sempiternum. neq; enim opus est vt appareat: quãdoquidem esse nunq̃ desinit. ante oculos quidem id/ reliqua ponit: ipsum vero secretum manet / vt pote quod vita fruitur sempiterna. Etenim phãtasia solum circa que genita sũt versatur. in qua preter generationem nihil existit. At vnicum id ingenitum: incomprehensibile phantasie. Cum vero per ipsum cuncta clarescãt: per

omnia rursus atq; in omnibus fulget. Hisq; presertim apparet: quibus ipse notitiam cõicare voluit. Tu igit̃ o fili mi Tati in primis pijs precibus obsecra dominũ patrem vnicum/vnum/ & a quo vnus/vt sis illius misericordia dignus. sic tandem deum tantũ ꝑcipere poteris: si vel vnus dũtaxat illius radius intelligentie tue benigne refulserit. sola si quidem intellectio latens: latentia perspicit. itaq; si mentis oculis inspexeris o Tati: ille tibi (crede mihi) patebit. Deus sane totius expers inuidie: ꝑ singulas mũdi ꝑticulas vbiq; splẽdet: atq; a deo se notũ p̃stat vt nõ ĩtelligere mõ/sed manib⁹ etiã ĩpis (vt ita dixerĩ) liceat attrectare. nã vndiq; nostris oculis ei⁹ obuersat̃/seq; obijcit & inculcat imago. Quod si in fimũ te late: quõ te aut teipsum/aut eũ inuenies. Deniq; cum deum videre volueris: suspice syderum ordinem reliquorũ. quis age perpetuũ horum seruat ordinem? Ordo quidem oĩs numeri: loci limitibus terminatur. Sol deus deorũ celestiũ prestãtissimus. Soli: celites reliqui veluti principi regiq; parẽt. Sol tantus/terra simul amplior atq; mari: minores tñ supra se stellas ĩnumeras conuerti patit̃. Quem timet is: quem veretur? O fili: diuersorũ syderũ sunt motus. Quis mensuram singulis motionis assignat? TAT. Arcturũ circa idem se perpetuo vertens: totamq; trahens mũdi machinã. TRISME. Quis hoc vtitur instrumẽto? Quis mare suis finibus circũscripsit? Quis terre põdus sistit: ac librat in medio? Est certe aliquis o Tati: horum auctor: ac domin⁹. Etenim locum vel numerum/vel mensuram seruare absq; auctoris virtute: impossibile est. Ordo fieri a deformitate nequit. eget autẽ deformitas domino: qui ordinem prebeat.

Vtinã tibi daret o fili facultas: vt alarũ adminiculo in sublimẽ aeris plagã volares: mediãq inter celũ ac terram regionẽ sortitus / cõspiceres terre quidẽ soliditatem maris diffusionẽ / fluxum fluminũ / aeris amplitudinẽ / ignis arctam celeritatẽ. O felicissimũ fili spectaculum: o beatissimã visionẽ. Siquidẽ vno luminum motu seriẽ mundi totius cõprehenderes: imobilemq factorẽ cõcitũ / latentem quoq pspicuum cerneres. qđ si per ea etiam que terra sustinentur fragilia / et aque pfunditate cõdunť / deũ artificẽ inuestigare volueris: age fili / circũspice humani corporis opificium. cuius admonitione perdisce: quis tam pulchre imaginis cõditor. quis oculorum pictor. quis nares auresq tornauit. quis labia distendit oris. quis neruos tetendit atq ligauit. quis irrigauit venas. quis ossa congessit solida. quis carnẽ pellicula tenui circumtexit. quis digitos articulosq discreuit. quis fundamenta pedum extendit. quis perforauit poros / atq meatus aperuit. quis splenem coegit atq compressit. quis pyramidem impressit cordi figurã. quis iecoris porro texit fibras. quis pulmonum sculpsit fistulas. quis aluo capacem amplitudinẽ tradidit. quis honoranda corporis mẽbra in propatulo figurauit. quis obscena in obscuro prorsus addidit / eaq aspectu crenẽtium voluit secreta iacere. Vide quot diue artis opera in vna materia demonstranť: singulaq pulchra recteq dimensa / nec non pprijs inuicem officiis differentia. Quisnam singula finxit. qualis mater. qualis pater. nõne hec solus ipse inuisibilis deus: cũcta ppria voluntate / molitus est. Et cum statuam et imaginem absq fabro et pictore fieri nullus asserere audeat: miram mundi huius constitutionem sine cõditore cõstituisse putabimus.

O cecum homũculum: o nimis impium: o profundis obrutum ignorãtie tenebris. Caue caue inquamo fili mi Tati: ne vnq̃ artificium priues artifice. Quinimo cõgruo deũ nomine preinuocato: patrẽq; esse proprium eius existimato. quod si me/ quiddã audaci⁹ ꝓferre coegeris: huius essentiã esse dicam concipere ac facere singula. queẽadmodũ sine factore fieri quicq̃ nequit: ita deum existere semper nisi semꝑ agat omnia/ impossibile est/ in celo videlicet/ aere/ terra/ mari in toto mũdo/ in qualibet particula mũdi/ tum in eo quod est/ tum in eo quod nõ extat. nihil est in omni natura: quod ille ipse non sit. ęst ille siquidem: que sunt. est ea etiam: que minime sunt. Quequidem sunt: deduxit in lucem. que non sunt: occulit in seipso. Hic deus: nomine melior. hic occultus hic rursus omnium patentissimus. hic menti cõspicuus. hic ꝓ̄sens oculis. hic incorporeus. hic (vt ita dixerim) multicorporeus. nã nihil in corporibus est: quod ipse nõ sit. oĩa eni ipe solus existit. Noĩa ĩsuꝑ habet omia: quoniã vnus est pater. Nomen quoq; nullũ habet: quoniã pater est omniũ. Quid ergo te laudabit: supra te an ĩfra te positũ? quo vertã oclos vt te laudẽ: supra ne an ĩfra ĩtus an extra? Num modus/ an locus circa te: num aliud quiddã ex oĩbus? In te autẽ oĩa: abs te oĩa. ꝓ̄bes oĩa: nihil deniq; suscipis. oĩa quidẽ habes: quod aũt nõ habes/ idipsum nihil. Quãdo vero laudabo te pater? tẽpus et momẽtum tuũ capere nõ valemus. Qua potissimũ in re laudes cantabo tuas? num in his que creaueris: an in illis que non creaueris potius. num in his forte: q̃ in lucẽ e tenebris eruisti: an in ijs que latent adhuc arcano sinu recõdita? Per quid tandẽ hymnos tuos dicabo: nũ quid in laudatione tali ego ipse mei iuris existã/ an po

tius alter efficiar? Ipse pfecto es quicquid ego sũ. Ipse es quicquid agã. ipse es quicquid deniq3 dicã. Ipse enĩ es oĩa: neq3 aliud pter te quicq̃. Quid sane nõ es ipse? Ipse oẽ quodcũq3 gẽitũ. Es quidẽ itelligẽs pater: fabricãs deus. efficiẽs bonũ: bona faciẽs oĩa. Materie nãq3 purissimus aer/aeris aĩa: aĩe mẽs/mẽtis deniq3 deus.

q Vintus docet deũ latere pariter et per singulas mundi particulas splendere. res omẽs (que se nobis obiiciũt) ei9 esse imagines. ita vt mirificus/perpulcherq3 rerum ordo manifeste declaret ordinãtẽ: et res singule certis suis limitibus circũscripte: dñm declarent et autorem. cui sol syder℞ rex princepsq3 obsequitur atq3 paret: quẽ timet/quẽq3 veretur. et sũmatim vniuersa mundi structura: suum' declarat artificẽ. Mox de diuina interna gñatione cõfidẽtius iudiciũ affert: dei esse esẽntiam cõcipere ac facere oĩa. ita vt deũ existere/nisi sẽper omnia agat: impossibile sit. est enĩ sic diuinus logos oĩa vt nihil omniũ. in quo corporeũ icorporeũq3 ens atq3 nihil: in idẽ cõspirant atq3 coincidunt. deinde Mercurius in diuinarũ laudum cantibus: dialogum finit et terminat.

¶ Q3 in solo deo bonũ est: alibi vero nequaq̃ ad Esculapium. VI

b Onũ o Esculapi in nullo ponit/nisi in vno deo imo ipsũ bonũ deus ipse sẽp. Quãobrẽ essentiã oĩs motionis/atq3 cognitiõis: esse deũ oportet. Hac essẽtia orbatũ nihil: hec circa se stabilẽ actũ nullius egenũ/ifinitum supabũdãter porrigẽtẽ possidet. Vnũ id vniuerso℞ pricipiũ: bonũ porrigẽs/& effũdẽs bonũ. quoties nomino bonũ: id/quod oĩa bona & qđ bonum semper intellige. hoc vnico deo adest. neq3 enĩ cuiusq̃ idigus est: vt adeptionem illius appetẽdo/malus fiat. neq3 iactura cuiusq̃ in eum vnq̃: vt post dãnũ dolore afficiatur. Maior enim portione mali. nec est illo validi9 aliud a quo expugnet. in hũc iiuria icidere nulla potest: qua irritat9 lacessitusue excãdescat. Ni-

hil eius iugũ subterfugit: quo cõtemptus ĩdigneť atq; irascať. nec est sapiẽtius eo quicq̃: qđ illi emulationem ĩcutiat. Itaq; cũ hec illi nõ accidant: nihil eius nature p̃ter ipsũ bonũ restitit. Queadmodũ vero nihil eoꝝ q̃ mala sũt/ in hac ĩsũt essẽtia: ita in nullo alio bonũ iuenitur. In singulis eni reliqua ĩsũt singula: tũ in paruis tũ in magnis/ tũ etiã in his q̃ secũdũ vnũ/ & in ipso quoq; aiali maxio oĩm/ atq; potẽtissimo/ qđ vtiq; passioĩb⁹ genita replet. Nã gñatio: passio q̃dã est. vbi autẽ passio: nullo mõ bonũ. vbi bonũ: nõ passio poniť vlla. vbi dies: nullomõ nox: vbi nox neq; etiã dies. Qua ꝓpter ĩ generatiõe bonũ esse nõ potest. restat itaq; ĩ eo qđ ĩgenitũ. Vt aũt materie cõcessa est oĩum ꝑticipatio: sic quoq; boni ꝑticipatiõe/ mũdus bonus. bonũ dico: inquãtũ ipse etiã oĩa efficit/ qua quidẽ ex parte bonus est mũdus: in reliquis oĩbus nõ bonus. passibilis ei ac mobilis est: et oĩm p̃terea causa passionũ. In hoĩe insuper comparatiõe mali: bonũ. Id quippe quod non nimis malũ/ quoq; min⁹ malũ: bonũ in hoĩbus appellam⁹. Quo fit: vt bonũ nostrum nihil aliud sit/ q̃ mali portio minima. Vnde illud etiã sequiť: vt bonũ huiusmodi a malo separatũ esse nõ possit. Inquinať eni hoc bonũ: admixtione maloꝝ. ĩfectũ vero: vlteri⁹ bonũ nõ ꝑmanet. sin minime ꝑmanet: malũ efficiť. In solo igiť deo bonũ ipsũ existit. Quare solũ boni nomen hoĩ adest o Esculapi: natura boni nequaq̃. neq; eni id capere potest materiale corp⁹ confectũ vndiq;/ & oppressũ prauitate/ laboribus/ doloribus/ cupiditatibus/ iracũdia/ deceptionibus/ stultisq; oppinionibus/ ac nugis. Deterrimũ tamẽ oĩm id cẽseo Esculapi: quod vnũ quodq; eoꝝ q̃ dixi: sũmũ creditur esse bonũ. Fugiẽdum in primis malũ est. vẽtris luxus: maloꝝ oĩum fomes. hic

error:hinc boni priuatio. Equidē ingentes deo grati-
as habeo:qui de natura boni cogitāti mihi sententiā
hanc certam īfudit/quod in mūdo bonū esse non pos-
sit. siquidē mūdus cōgeries est maloꝝ. Deus autē bo
ni vel bonū:dei exuberans plenitudo. superemimen-
tia quippe bonoꝝ circa essentiā sincere fulgentis atqꝫ
purissime. Neqꝫ forte sunt essentie dei. Audiendum
sane id assero o Esculapi:essentiam dei(si vllam deus
habet essentiam)ipsū bonū esse. Pulchrū vero et bonū
in mundo:aut in mundi partibus inuenire non licet.
Nam quecunqꝫ sensus mouēt:idola sunt et vane que-
dam admirationes. que vero sensuū organa subterfu
giunt:ad pulchrū bonumqꝫ ꝑtinent. Vtqꝫ acies oculi
deū non cernit:sic neqꝫ pulchrum/ bonūqꝫ cognoscit.
He siquidē partes dei sunt:integerrimiqꝫ illius ꝓprie/
cognate īseparabiles ꝑcipueqꝫ dilecte. & vt has ipe de
us amat:sic ab his ipse deus amat̄. si deū ꝑcipere pote-
ris:pulchrū quoqꝫ bonūqꝫ ꝑcipies/perfulgēs oībus il-
lustratū a deo. Pulchritudo enī:sine cōparatione sine
imitatiōe bonū. Deus eī cōꝑationē imitationēqꝫ nul-
lā admittit. Queadmodū ergo deū pulchrū bonūqꝫ
noueris:ita sane & ceteris viuētibus cū deo cōferri ne-
queāt nūq̄ cōicādū. Si deū q̄sieris:pulchritudinē ipsā
q̄res. Que tādē ad id ferat:vnica via est/ pietas cogni-
tioni cōiūcta. Quaꝓpter ignari mortales & a pietatis
semita deuij:hoīem quoqꝫ bonū noīare nō veretur/cū
boni noticiā verā habere nullā possit/sed malis irreti-
tus & illaqueatus sit/ malūqꝫ bonū esse cēseat/īsanabi-
literqꝫ malis vtat̄ /eorūqꝫ iacturā priuationēqꝫ formi-
det/ oībus deniqꝫ machinamētis viribusqꝫ cōtēdat/ ne
vnico solū malo ꝑmatur /veꝝ & in numeꝝ mala ma-
gnitudinēqꝫ augeātur. Talia sūt o Esculapi decora ho

minū atq3 bona: q̄ nec fugere nec odisse valemus. oim nāq3 difficilimū id existit: ob eam potissimū causam: quia nos illis vti oportet atq3 vesci / illisq3 orbati vitam agere nullo modo possimus.

s Extus hoc contēdit. in solo deo bonū / boniq3 naturā (hoc est ipsā bonitatē) reperiri: pariter et pulchri potē tis / sapientisq3 naturā. In mūdo autē solū boni nomen eē. et erroꝝ cecos hoies arguit. vicia abhorrere monet. & q̄ via nos ad ipsā bonitatē / ipsāq3 pulchritudinē perducat / edocet / pietas scilicet cognitioni cōiūcta. ad quā ignari mortales a pietatis semita deuii: pertingere valeant nunq̄. Hec sextus.

Q꜄ summū malū est hoibus ignorare deum. VII

q Vo ruitis mortales ebrij? qui merū ignorantie cōbibistis. cū id ferre neqatis: euomite. Viuite sobrij: oculis mentis ispicite. Quod si minus potestis omnes: saltē qui possūt / id agant. Ignorātie pestis oēm terram subuertit / animāq3 corrumpit / corporis vinclis inclusā: neq3 sinit eam salutis iter asciscere. ne permittite vos in lacū corruptiōis / mortisq3 submergi. Respirate iam respirate / ad fōtē vite recurrite: illumq3 / qui vos introducet in adytum veritatis / capescite. ibi fulgidum lumen nullis immixtū tenebris. ibi nullus ebrietate delirat / sed omēs sobrij vigilant: atq3 mentis oculis eum / qui videri vult / acutius intuentur. Is nec auribus pcipitur / nec cernitur oculis / neq3 sermone profertur: sola mens eū prospicit / sola mens predicat. In primis aūt oportet vestē / quā circūfers: exuere indumentū inscitie / prauitatis fundamētū / corruptionis vinculum / velamen opacum / viuam mortem / sensitiuum cadauer / sepulchrū circūuertile / domesticum deniq3 furem. Qui dum blāditur: odit. dū odit: īuidet. huiuscemodi est: quo circū tegeris vmbraculū inimicum. Ad seipsū te deorsum raptat: ne forte con-

ſpiciens veritatis decorē atq̧ ꝓximū bonū/huius ode ris prauitatem neue huius īſidias(quas in te aſſidue machinatur)aliquãdo preſentias.hoc aciem īterio= rum ſenſuum hebetat et obtundit.craſſa illam mate= ria ſuffocat:abhominabili faſtidioſaq̧ ebriat volupta te/ne audias vnq̄/neue perſpicias ea que iure et audiē da ſunt/et imprimis inſpicienda.

ſ Eptimus cōqueritur ignorātie peſtem:q̄ omnē terram euertit aīamq̧ corrūpit/corporis vinclis īcluſā.et igno rantes hortat̄ reſiſpicere.et corpus mortale īdumentū iubet nos exuere:a quo precipites in ignorationē/mortemq̧ ra= ptamur et nos in aditum mentis reuocare:que ſola eū perſpicit qui neq̧ auribus percipitur neq̧ cernit̄ oculis neq̧ ſermone pro fertur. Hec ſeptimus.

❡Nihil eorum que ſunt/īteritus:ſed mutatiōes/de= cepti homines īteritum nominant.ad Tatium.VIII

d E anima et corpore o fili dicendū:quonā mo= do immortalis aīa:quantaq̧ ſit agendi virtu= te in cōcretione diſſolutioneq̧ corporis.Mors ad horū nullum attinet.Thanatos enim.i.mors cō/ ceptus quidem eſt mortalis appellationis:vel vanum quiddam vel per ablationem prime littere:thanatos id eſt mors pro eo quod dicitur athanatos.i.īmorta lis.Thanatos enī interitū ſignificat.at nihil eoꝝ:que in mundo ſunt interit.Si enī ſecundus deus eſt mun= dus/necnon īmortale viuens:impoſſibile eſt immor= talis animantis partem aliquam interire.Quecunq̧ mundo inſunt:mundi ſunt membra/homo preſertim animal rationale.Primus oīm vere ſempiternus/im= mortalis/īgenitus deus:oīm auctor.Secundus deīde ad illius imaginem:mundus ab eo genitus/et ab eo= dem ſeruatus/nutrit⁹/& īmortalitate donatus/velut a proprio patre viuens quidē ſemper/et īmortalis:eſt

enim semper viuens quidē: semper & īmortalis. etenī semper viuens/et sempiternum: hoc inuicē differunt. quia sempiternum quidē ab altero factum nō est. sin aūt fiebat a seipso: nō ab aliquo factū fuit/quia fit sē-per. Sēpiternū enī quatenus sempiternū est omne: pater autē ille suiipsius sempiternus. at vero mundus: a patre semper viuens/immortalisq; factus. Quantūq; materie fuerat subiectum patri: pater ipse corporeum agens/et in molem congregans/id totum sphericum reddidit imprimēs qualitatem materie existenti im-mortali/rationeq; materie sempiternum habenti. Plenus autē ideis oībus qualitates pater inserens in spheram: velut in gyrum omni qualitate circūscripsit. Exornare autē voluit id: quod post ipsum est. quasi im-mortalitate fulciens omne corpus: ne materia ab hui⁹ cōgressu discedere volens/in suam deformitatem ite-rum resoluatur. Quādo enī īcorporea erat materia o fili: deformior erat. habet hec quoq; materia qualita-tes quasdam exiguas reuoluta crescēdi pariter et de-crescēdi natura: quā hoīes mortē vocāt. Huiuscemo-di autē confusio circa terrena viuentia. Celestiū quippe corpora vnū atq; eundem seruant ordinē: quē sci-licet primū a patre suo sortita sunt. Seruatur autē ipse a restitutione cuiusq; indissolubilis. Restitutio vero constitutionis corporum terrenorū: ipsaq; dissolutio in corpora indissolubilia: et īmortalia restituit. Atq; ita sensus priuatio fit: nō destructio corporū. Tertiū quoq; animal homo ad imaginē mūdi genitus: secū-dum patris voluntatem sese habens: preter cetera ter-rena viuentia/non modo cum secundo deo cognatio-nem habet/verūetiam intelligentiā primi. Secundū plane deū vt pote corporalem: sensus cōprehēdit. Pri-

mū vero deum/vt incorpoream /bonāq; mētem mente consurgit. TAT. Id ergo animal: nonne destruit? TRISME. Melius meli⁹ ominare o fili: ac insup meditare quid deus / quid mundus/ quid animal imortale/quid animal dissolubile. Scito quoq; mundum a deo simul atq; in deo/hominem vero a mūdo & in mūdo consistere: principiū autē cōprehensioq; oīm & constitutio deus.

o Ctauus edocet in primis celestia corpa iugit̄ vnū eundemq; tenorē seruare: quē primum a suo patre sortita sunt. Et mortē/iteritūq; primū circa terrena viuentia corpora apparere: sed pene mortis nomē atq; corpoꝝ interitus vanū esse. corpora siquidē ipsa mutantur nō itereūt. verū qualitates ipsas idearū idola simulachraq; (quibus deus ipsā exornare voluerat) imortalis materia permutat. Et hō immortale animal sed dissollubile/vniuerse nature vinculū atq; nod⁹/partim corpore⁹/partimq; icorpore⁹ mētisq; capatior alte/istar mūdi genit⁹ est vt sensibili corpore sēsibilē mūdū cōphēderet: & mente ad optimā mentē/felici cōtēplatione assurgeret. Hec octauus

¶ Quod in solo deo pulchrū ac bonū/Alibi vero nequaq̄. Ad Esculapium. VIIII.

h Eri o Esculapi ꝑfectā edidi orationē: in presētiarū aūt necessarium esse arbitror / vt de sensu breuiter disseramus. Sensus ac motus i hoc potissimū discrepare videntur : quia hic quidē secūdum materiā ille autē secundū essentiā est. mihi tamē vterq; cōuenire videt̄: neq; distingui in hoībus ratiōe. In tus animātibus sensus nunc vnitus est: in hoībus autē intelligentia. Ab intelligētia quidem intellectus differt queadmodum a diuinitate deus. Diuinitas enim a deo: intelligētia vero ab hoīe prouenit. Hec sermonis est soror: aut vtraq; sibi inuicem instrumēta Nam neq; sermo absq; intellectione ꝑnunciatur: neq; intellectio absq; sermone prodit in lucem. Quāobrē sensus

Sensu s.

Intelligētia

et intelligentia in homine:tanq̃ connexa cõſpirãt i
uicem.Neq; eni ſine ſenſu intelligere:neq; ſine intel
lectione ſentire vllo modo poſſumus. Intellectionẽ
tamẽ abſq; ſenſu intelligere poſſibile eſt:inſtar eorũ
qui in ſomnis phantaſmata vidẽt.tantũ quoq; viden
tur vtreq; opationes in ſõniorũ viſionibus externis:
ſenſũ aũt ex ſomno in vigiliã ſuſcitari.In animã pre
terea corpus/homoq; vnitur:quotienſq; vtreq; ſenſus
particule ſibi cõſentiũt/tunc intellectio cõcepta men
te diſponitur.Mens omnes notiones cõcipit.bonas
quidẽ:quotiens a deo ſemẽ infũditur.cõtrarias autẽ
cũ a demonibus quibuſdam ſpermata iaciũtur.Nul
la pfecto mũdi pars eſt demonũ preſentia deſtituta
horũ lumen:ab ipſo deo totum deſcẽdit.Demon de
niq; tranſfuſus in hoiem: ſemina ꝓprie notionis in
ſpergit.Mẽs aũt cõſperſa ſeminibus/pregnãs:ide pa Mens.
rit adulteria/ſtupra:homicidia/parricidia/ſacrilegia
diuinorũ cõtemptũ/iugulationes/euerſiões vrbium/ Demon.
peſtes hominũ/et reliqua oia quecunq; maloꝝ ſunt
opera demonũ.Dei plane ſeia pauca:at illa quidem
magna/pulchra/bona/virtꝰ ſcilicet/tẽperãtia/pietas.
pietas aũt dei cognitio.Deũ qui recognoſcit: bonis
refertus oibus/notiones diuinas aſſequitur/notiones
inq̃ haud multorũ ſimiles.Qua de cauſa:ſi qui huic
ſe cognitiõi dedicãt:nec ipſi vulgo placẽt/nec vulgꝰ
illis/iſanire demũ putãtur/riſũq; reportant.iterdum
etiã odio habẽtur:cõtumeliis afficiũtur/vitaq; priuã
tur.Improbitatẽ eni hic habitare diximus:terramq;
illius eſſe prouinciã.terrã dico nõ mũdũ totũ:vt im
pii quidam obloquũtur.Verũtamen homo deo deuo
tus:q̃primũ diuinã preguſtauerit viſionẽ/obliuioni
reliqua oia tradit.atq; etiã que reliquis hoibus ma

la sunt:huic vt bona cõtingunt/consulenti pruden-
ter/et ad scientiam singula referenti.quodq; miran-
dum est:mala semp in bona penitus couertẽti. Sed
iã ad sermonẽ de sensu iterũ redeamus. humanum
est:sensũ cũ intellectiõe cõiungere. Nã oẽs(vt supra
retuli)hoies itellectione ferũtur. Ceterũ secũdũ ma-
teriam vnus:alter secundũ essentiã. Qui eni praui-
tatis seruus/est materialis:a demonibus quoq;(vt di
ximus)intelligẽdi semen accepit. At si qui bonitatis
aie cõpotes sũt:horũ natura de⁹ ipe vtitur. Deus eni
oim auctor:efficiẽs aũt oia:sibiipsi cõsimilia reddit:
Quedã tamẽ geita bona in opatiõis vsu sterilia. Mũ
di nãq; reuolutio gñatiões exagitãs:qualitates efficit
quasdã inficiẽs/maloq; fedans/quasdã defensans/bo
Mundus. noq; purgans. Mũdus o Esculapi sensum motumq;
possidet:non humano sensui motuiq; consimilẽ/sed
potentiorẽ sane/atq; admodũ simpliciorẽ. nã sensus
et intelligentia mundi/id vnũ est:cuncta scilicet fa-
cere ac resoluere. Diuine voluntatis organum/hac
potissimũ ratiõe cõstructũ:vt a deo semina suscipiẽs
vniuersa/eaq; toto sinu recondens:oia quidẽ compo
nendo pducat/oia rursus auferat diuidẽdo. Atq; in-
star agricultoris periti:quodcũq; nimis adultum est/
amputat:vt statutis tẽporũ iteruallis/reuirescat. Nec
est quicq̃:cui vitã mũdus ipse nõ prestet. simulq; vite
locus est:est atq; etiã istitutor. Corpora vero ex ma-
teria in differẽtiã cõstant:horũ q̃dã ex terra. q̃dã ex
aqua/ex aere alia:ex igne quoq; permulta/vniuersa
certe cõposita. Quedã tamẽ cõgesta magis:nõnulla
vero simpliciora. Illa grauia:hec leuia. Velocitas au
tem agitatiõis:illius varietate gñationẽ qualitatis i-
ducit. spiratio enĩ crebra existens:corpibus qualita-

tem vna cū supabundātia vite suppeditat. Deus igitur Cosmi.i.mundi pater. Cosmus aūt eorū que in cosmo: et cosmus quidē dei filius. Que vero in cosmo sub cosmi ditione cōnsistunt: ac iure cosmus appellatus est. oīa siquidē varietate generatiōis cosmei .i. exornat: necnon idesinēti vite opatiōe ppetua necessitatis/celeritate elemētorū/cōmixtione/ordine genitorū. Ipse igit̄ cosmus.i. ornatus necessitate simul et merito nominatus est: animātiū oīm sensus et intellectio. que ex externis ifluunt ab eo: quod cōtinet īspirata. Cosmus aūt quecūq; ab ipsa origine suscepit a deo: ppetuo seruat. Deus pfecto: nō vt quibusdam videt̄/sensu menteq; captus est. illi enī miseria pssi/perperā obloquunt̄. Quecūq; sunt o Esculapi in deo simul/atq; a deo pendētia: parti p corpus agentia/partim mouentia per essentiam animalē/alia per spiritum viuificantia/alia vero receptacula defūctorum. Rectius autem dicemus deum talia nō habere: sed vt veritatem liquidam exprimamus/ipsum esse cuncta fatebimur. Nec ea quidem ab extimis capere: ad extima nihilominus porrigētem. id est sensus et intellectio dei. Vnde nulli vnq̄ futurum est tempus: in quo existentium aliquid in nihilum euanescat. Quotiens vero existentia dico: dei dico thesaurum. nam existentia ipse deus amplectitur. Extra hunc nihil est. extra nihil ipse. Hec tibi o Esculapi intelligenti/vera videbūtur: ignoranti autē/incredibilia. Intelligere enī: ipsum credere est. at non credere: pculdubio ignorare. Sermo siquidē me⁹ ad veritatē vsq; cucurrit. Mens quoq; ampla/et a sermone ad certū quiddā deducta: veritatē attigit/deniq; cōprehendens oīa eaq; iueniens cōsona illis/que in-

Credere intelligere.

terpretabat̃ euestigio credidit / et in ipsa fide decora feliciter requieuit. Que igit̃ de diuinis dicunt̃: intellecta credũtur quidẽ / nõ intellecta negãtur. Hec autẽ de intelligentia dicta sufficiant.

n Onus hoĩes erudit. qui cũ intellectione vtant̃ omnes: materiales tñ ex demonũ spermatibus quoꝝ presẽtia nulla pars mũdi destituta vacat cõcipiũt: et pregnantes tandẽ adulteria / stupra / homicidia / parricidia et oẽ flagitioꝝ genus pariunt. atqui essentiales / spiritualesq̃ viri omne virtutũ ornamẽtum semiatore deo cõcipiũt: & omne bonũ virtutis officium pariũt. Sũt enĩ dei semina pauca: at illa quidẽ magna / pulchra et bona et viciorũ ĩnumerose multitudini lõge p̃stantiora. que tñ qui sectãtur: nec ipsi vulgo placẽt / neq̃ vulgus ipsis / insanire demũ putãtur / risũq̃ reportant: ꝙ terra sedes ĩprobitatis sit & ꝓuicia. Mundus tñ ea lege formatus est: vt a deo semia suscipiẽs vniuersa / diuinitatis dignũ fieret organum. et oĩa in miro pulchre ordinationis decore ꝓcederent ad ortũ. in quo perseuerent: suũq̃ tandẽ nanciscantur exitũ. qđ ꝑfecto fieret: nisi inimicus veniens / in medio tritici superseminaret zizania. Vos ergo seligite diuina semina spiritales facti: et malorum semina demonum (qui nos materiali affectione dormiẽtes occupare vigilãt) cauti nunc effugite. Hec nonus.

¶ Mercurij Trismegisti Clauis ad Tatium. X.

h Esternum o Esculapi sermonem ascripsi tibi. Vnde equũ est hodiernũ Tatio dedicare: eoq̃ magis id operepreciũ / quo disputatio presens / omnium ad illum a nobis antedictorum cõpẽdaria quedam summa futura est. Deus & pater et bonũ o Tati naturam eãdem: immo eundẽ actum habent. Illa siquidem augmenti / diminutionisq̃ appellatio est: que circa mutabilia et immutabilia / id est humana et diuina versatur. Quorum vnũquodq̃ ille vult esse. alibi vero actum (quẽadmodum in aliis / demõstrauimus) diuinorum atq̃ humanorũ: que quidem in hoc intelligere necesse est. hui⁹ actus volũtas est: huius essentia velle cuncta subsistere. Quid est deus

et pater & bonū: nisi ipsum esse horum oim nōdum existētiū. quinetiam existentia ipsa horumdum sunt: id deus/id pater/id bonum/ cui nihil aliud ex oībus applicatur. Mūdus enim ac sol eorum que sunt secundū ꝑticipationē pater: nō tamē viuētibus vite bonitatisq; causa. ꝙ si hoc ita se habeat: cōprehensus agitur a volūtate boni/sine qua nec esse vnq̄/nec fieri potest. Cū filiorum pater/tum procreationis/tum etiam alimenti/per solum appetitū boni suscipiens (nā bonū actiuum est) id alteri cōuenire q̄ illi nequit. Quod cū accipiat nihil: vniuersa vult esse. Non dico o Tati vniuersa facit. faciens enim: longo quodam tempore deficiens: at indignum est. Siquidem īterdum facit/interdum cessat: egenum quidem & quātitatis/ pariter et qualitatis. nonnunq̄ qualia & quanta disponens: alias horum contraria. Deus autem et pater & bonū: eo ipso quod omnia est. Tale igitur ei quidem ista precipere potest. etenim hoc vult esse & est. Et ipsum maxime vero ipsi: nam cetera omnia propter ipsum. Propriū quippe boni/ o Tati: sese notum prebere. id bonū est o Tati. TAT. Visionis pater/bone et pulchre nos participes reddidisti. Vnde mee mentis oculus visione quasi iam expiatus est. TRISME. Neq; vero quēadmodum solis radius/fulgore nimio corrumpit oculos caligātesq; reddit: sic ipsius boni conspectio. illustrat enim atq; oculi lucē eo magis exauget/quo quis capere magis potest intelligibilis splendoris influxū. Velociter est & acutior diuina lux ad penetrandum: innocentiaq; et immortalitate singula complēs. Qui nitorē hūc a corpore vberius haurire possunt: obdormiunt sepe numero a corpore ad aspectum pulcherrimum. quēadmodū Celius et saturnus nostri ꝓgeni- Celius Saturnus

tores assurgũt TAT. Vtinã et nos pater. TRISME. Vtinã o fili. Adhuc tñ imbecilliores sumus ad conspiciendum. Tunc autem poterimus mentis oculos eleuare/bonumq; decoremq; incõprehensibilem prospicere: cum nihil de illo prorsus dixerimus. eius cognitio diuinũ silentiũ est: et intenta oĩm applicatio. Qui id ĩtelligit: nil potest aliud cogitare. Qui id intuetur: nil pter ipsum aliud intueri. Qui id audit: nil audire post ipsum/neq; corpis etiam sui mẽbra mouere. vniuersis profecto corpis sensibus motibusq; solutus: ĩtrepidus agit. nam qui totũ circũlustrat: vndiq; mentem totam quoq; irradiat/aiam abstrahit totã a corpore/totã in essentiam deniq; dei transfigurat. Impossibile enim o fili aiam hoĩs in corpis fece iacentẽ: diuinam assumere formã. Neq; licet etiã dei pulchritudinẽ cõtueri: nisi quis ante/in deũ fuerit reformatus. TAT. Quonam pacto id dicis o pater. TRISME. Oĩs aie distributio o fili. TAT. Mutatiões aũt quonã modo interĩ distribuens. TRISME. Nũ in his q̃ generatim diximus audisti: queadmodũ ab vna mũdi toti⁹ aia: vniuerse pfluũt aie per oẽm mũdũ tanq̃ distribute circumcurrentes. Harũ vtiq; aiarũ mutationes pmulte partim sane in melius feliciusq;: partim autem in contrarium. Nam reptiliũ q̃dã in aquatilia trãsmutant: aquatiliũ aie in terrestria migrãt. terrenorũ in volatilia scãdũt aereorũ vertunt in hoies. hoim deide imortales aie: in demões trãseunt: demũ ĩ deorũ chorũ feliciter reuolãt. Chori deorũ gemini: vagantiũ vnus/nõ vagantium alter. atq; hec est suprema aie gloria. Aia vero in corpus humanũ delapsa: siquidem mala pseuerauerit/nõ gustat immortalitatis quicq̃/neq; bono etiam fruitur. Reuoluto autẽ itinere in reptilia pcipi-

tãs.hec vtiq; adiudicatio penaq; eſt aĩe male: praui tas aĩe/ignorãtia. Aĩa nature rerũ boniq; ĩſcia: orba ta oculis: corpis ſeſe paſſionibus implicat. Aĩa/caco demonis.i.mali demonis ritu corrupta: ſeipſã igno rans abiectis corpibus/monſtriſq; deformibus ſeruit Corpus ſuum velut onus infeſtum circũfert: non pſi dens corpori: ſed ob ignorantiam ſubiugata. contra vero virtus anime cognitio eſt. eruditus enim re vera bonus / pius / diuinus. TAT. Qui hic eſt o pater? TRISME. Qui nec loquit: nec audit multa. qui duo bus ſermonibus: ſeu dicendis ſiue audiẽdis intẽdit et pugnat in tenebris. Nã deus. et pater. et bonũ: nec lĩ gua pnũciatur/neq; pcipit auribus. Cũ hec igit ita ſe habeat in omibus que ſunt ex eo: qd ſeorſũ ab illo eſſe nequeũt/ſenſus inſunt. Inter cognitionẽ autẽ ac ſen ſum multum intereſt. Senſus enim ſuperantis motus exiſtit cognitio: ſcientie / terminus. Scientia dei do num. ſiquidem vnaqueq; ſciẽtia incorpea mẽte vtẽs vt organo: mẽs autẽ corpe. Quãobrem vtraq; in cor pora: tum intelligibilia/ tũ etiã materialia recurrunt Ex oppoſitione enĩ et cõtrarietate cõſtare oĩa neceſſe eſt: neq; aliter ſe habere poſſibile eſt. TAT. Quis igi tur materialis iſte de⁹? TCISME. Mundus: pulcher quidẽ/nõ tamẽ bon⁹. etenĩ ex materia conſtat: paſſio nibuſq; ſubijcit. Primuſq; eſt eorum: que patiunt. Se cundus autẽ eorũ que ſunt. Indigus preterea ſuapte natura: fact⁹ aliquãdo/ſemp exiſtens in generatiõe at q; genitus/qualitatumq; et quantitatũ omniũ genitu ra. Mobilis enĩ. Omnis autẽ materialis motio: gene ratio dici debet. Intelligibilis quoq; ſtatus/ hoc pa cto motum materialem agitat: Quoniam mundus ſpera eſt: id eſt caput nec ſupra materiale quicquã

Quemadmodum neqꝫ aliud sub pedibus intelligi=
bile: at materialia cuncta. Mens vero caput in circu
lum agitatum: id est secūdum naturam capitis mo=
tum. Quotcunqꝫ igitur contigua sunt/capitis illius
pellicule/que sane anima est: immortalia nata sunt:
quasi corpus sit in anima constitutum: animamqꝫ
habentia plena sunt corpore. Verū quicquid a pelli
cula procul in qua sunt: que magis participant aīa:
corpus existit. totum vero animal est. Itaqꝫ mundus
ex materiali quoddam et intelligibili cōpositus est.
Mundus aīal primū: homo secūdū/post mūdū aīal/
primū autē aīaliū reliquorū. quodcūqꝫ vero aīe mu
nus cōcedit alijs. homo quoqꝫ possidet. neqꝫ solū nō
bonus sed malus etiā: vt pote mortalis ꝑpendit. Mū=
dus eni nō bonus: quia mobilis. nō tamē mal⁹ quo=
niā imortalis. Homo aūt tū quia mobil/tū etiā quia
mortalis: malus esse cēsetur. Aīa hoīs in hūc vehitur
modū. Mēs in ratiōe. ratio in aīa. aīa in spiritu: sp̄s
in corꝑe. Sp̄us per venas arteriasqꝫ sāguineqꝫ diffu=
sus: aīal vndiqꝫ ciet/moleqꝫ corporis suspēsā sustinet/
atqꝫ circūfert. Vnde decepti quidā humorē sāguinis
aīam existimarunt: hos plane latuit. quia in primis
oportet spiritū ad aīam vsqꝫ manare. deīde sangui=
nem coalescere/venasqꝫ & arterias cauas extēdi: de=
mū resolui aīal/eāqꝫ mortē corꝑis esse. Ex vno autē
pricipio cūcta depēdent: pricipium ex vno atqꝫ solo.
Et pricipiū quidē mouet: vt rursus extet pricipium.
Ipsū tamē vnū perstat: nec ab vnitate decedit. Tria
igit hec sunt. Deus pater bonū/et mūdus/& homo.
Mundū deus habet: mūdus hoiem. Mūdus dei fili=
us: homo genitura mūdi. Neqꝫ enim ignorat deus
hoiem: sed curā eius habet/ab eoqꝫ cognosci se vult.

Hec vnica salus homini: cognitio dei: hec ad olympū
ascensio. Ex hoc vno dūtaxat anima bona: neq₃ inter=
dum quidē bona/alias autē mala/at secundum neces=
sitatē. TAT. Quomodo id asseris o mi Trismegiste?
TRISME. Hoc inquā assero aīam pueri cōtēplari se
ipsam/nōdū ex natura sua propter corpus egressā(nō
dum enī corpus oīno cōpactum est) ac seipsam vndiq₃
pulchrā cospicere. Nā haud corrupta est adhuc a cor
poris passionibus: mundi totius aīa tuncq₃ dependēs
Cum vero cōpactum est corpus/aīamq₃ in sui molem
dispergit ac distrahit: tunc illa obliuioni subijcit̃/pul=
chriq₃ ac boni visione priuatur. Obliuio autē ipsa im=
probitas est. Ideōq₃ accidit ijs qui egrediunt̃ ex corp̄e.
Recurrente enī aīa in seipsā: spūs in sanguinem/aīa in
spiritū contrahit̃. Mens a velaminibus libera & dīna
existens/suapte natura igneū sortita corpus: per loca
oīa circunuagatur/aīamq₃ iudicio iusto ac merito sup
plicio derelinquit. TAT. Quo pacto id ais o pater?
TRISME. Mens quidē ab aīa: aīa vero a spiritu sepa
ratur. Indumētū mentis aīa. Indumētū aīe spūs. Co=
intelligere oportet o fili cū dicēte auditorem/atq₃ cō=
spirare: auditūq₃ acutiorē voce dicētis habere. Harū
o fili vestiū cōuolutio in corpore terreno conficitur.
siquidē nudā secūdū se mentem in terrea sistere mole
penitus īpossibile. neq₃ enī potis est terrea fex/mentē
adeo diuinā suscipere. neq₃ tantū numē patibili cōfir=
matum corpore sustinere. Assūpsit ergo mēs aīam ve
lut amictū. Quinetiā aīa diuina existēs: vehiculo spi=
ritus vtit̃. Spiritus aīal totum p̄currit. Itaq₃ cū primū
mens a terreno corp̄e soluitur: p̄priū mox subit ami=
ctum/igneū videlicet corpus: quo sane q̄diu circūte=
cta est/in terreū corpus turgescere nequit. Terra nā=

q₃ ignē minime sustinet: tota siquidem ab exigua scin
tilla cremaretur. Qua de causa terrene moli circūfu-
sus est humor; quasi quoddam ad cōbustionem ignis
obstaculnm. qui cum acutissimus ac velocissimus sit
oīm diuinorū cōceptuū; singulorū cōprehēdit elemē-
torū corpora. etenim ipe celorum artifex: igne potissi
mū ad suā fabricā vtitur. Opifex quidem toti⁹ vtitur
omnibus. oīs autē faber: ijs/que sunt circa terrā. orba
nāq₃ igni mēs hoīs ad humanāq₃ dispositionem dun-
taxat idonea: diuina cōstruere nequit. Humana cer-
te aīa/non oīs quidē: sed pia beataq₃: diuina. postq̄ ve-
ro huiuscemodi aīa per mortē a carcere corpis est ex-
empta: cū oīs subierit virtutis/pietatisq₃ mādata: certe
aut mens: aut deus efficit. Certamē autē religiose pie-
tatis hoc est: recognoscere deum: iniuriā inferre nemi-
ni. aīa tamen impia in natura ꝓpria remanet: ac seip-
sam nimiū cruciat corpus querit qđ igrediatur terre-
nū & humanū. Aliud quippe corpus q̄ humanū: ani-
mā nō capit humanā. neq₃ fas est in corpus aīe ratiōe
carētis: aīam rationalē corruere. Lex eni diuina gene
rationē tam nefariam ꝓhibet. TAT. Quo igitur mo-
do cruciat o pater hoīs aīa: quodue supplicium huius
aīe graui⁹? TRISME. Impietas. o fili mi Tati: cuius-
nā ignis ardētior flāma/ q̄ ipietatis est? Quenam fera
mordax ita corpus lacerat: vt impietas laniat animā?
Nōne vides quot malis animus ꝑmitur impius? Hen
sic fili vociferat ipius anim⁹. vror. absumor. quid agā
nescio. deuorant me miserum mala vndiq₃ confluētia
non video quicq̄ /heu miser/non audio. Tales affli-
cti sunt animi voces. talis nature congrua mulcta:
non qualem tu forte fili & alij quidā arbitrantur: qui-
bus videtur aīa nostra postq̄ est humanā exuta figurā

in corpora degenerare brutorum. Hic enim impius error: verū castigatiōis eius/modus alter. Mens vtiq; cū demō efficit: ad obsequiū dei iubet igneum capessere corpus. inde in animam transfusa nefariam/eam flagellis verberat peccatorum. his animus verberatus iniquus/ ad neces/ conuitia/ obiurgia/ rapinasq; varias sese vertit: ad ea deniq; (per que delinquunt hoīes) vniuersa delabitur. at cum in sanctam mēs influit animam: extollit illam ad sapientie lumen. Hec anima postmodum nunq̄ somni torpore lāguescit: sed & verbis pariter et operibus humano fert opem generi/ iuuatq; modis omnibus / suum semper emulata parentem. Quamobrem oportet o fili nos agentes deo gratias obsecrare: vt bone mentis participes efficiamur: in melius quidem anima migrat / in deterius nūquā. Est etiam animarum communio quedam: deorū anime communicāt hominum animis. Deus se communem singulis exhibet. prestantior enim cunctis ille. cuncta autem illo sunt imbeciliora. mundus deo / homo mundo: homini brutum subijciatur. Deus super omnia est: et circa omnia. Dei radij: actus existunt/ mundi radij. sunt nature: radij vero hominis artes atq; scientie. Per mundum exercētur actus: ijq; in hominem per mundi radios naturales descendūt/ nature per elementa / hominis per artes / atq; scientias. Hec vtiq; mundi totius administratio / ex vnius natura dependens/ perq; vnam materiem recte discurrens: qua nichil validius / nichil diuinius: nichil deniq; magis vnitum. Hominum ad deos: ad homines deorum communio. Iste bonus est demon. anima / que hoc plena est / beata est: misera vero / vacua. TAT. Quanam ratione id ais o pater?

TRISME. Scito mi fili: quia anima omnis habet ipsum bonum pro mente. de hac enim presens nobis est sermo: non de ministro huius/ quē supra diximus/ ex iudicio demissum ad inferos. Anima mentis presentia destituta: nec agere quicq̄/ nec dicere potis est. Sepe vero mens extra animā: quo quidem in tēpore/ nec audit/ nec videt aīa/ sed animali similis est ratione carenti. Tanta est potētia mentis: que animā huiusmōi deserit īplicitā corpori/ & ab eodē tractā ad īfera. Talis anima fili mi mētem nullā habet. ideoq3 nec hominem hunc appellare fas est. Homo siquidem animal est diuinū: nec est cum terrenis brutis/ sed cū dijs celestibus cōparandus. Quinimo si audēdum est verum fateri: homo verus vel celicolis est prestātior/ vel saltē pari sorte potitur. etenī quicūq3 celitum descēdit ad terram: celi limitem deserit. homo autem ascendit in celū: illudq3 metitur. nec eū fugit que ima sūt: queue sublima. ac reliqua oīa diligenter īquirit. quodq3 maius est terrā quidem haud dimittēs in celū attollitur: tam ampla est humane nature potestas. Quāobrem audendū est dicere: hoīem quidē terrenū: deum esse mortalē. deū vero celestem: īmortalem hoīem. itaq3 horū virtute duorum/ hominis scilicet ac mundi: gubernātur singula. vni demum cuncta subijciuntur.

d Ecimus deū oīa absolute esse cōstāter asserit: que singula singulati ꝑticipatione cōtrahūt. attamē deū patrē esse/ et bonū eo ipso q̄ ipse oīa est. Mox de aīe in silentio raptu discutit. vbi que mentis oculis cernūtur: neq3 reuelare fas neq3 reuelandi cōcessū est arbitriū. Quod autē de aīalium transformatione subiūgit nō verboꝝ fictionē: sed fictionis allegoriā sequēdā esse eiusdē mercurij sequēs sermo declarat. cū inquit. Aliud enī corpus q̄ humanū: aīam nō capit humanā: neq3 fas est in corpus aīe ratione carentis: aīam rationalem corruere lex enī diuina generationē tam nefariā prohibet. Et paulopost

ſubiungit:talis nature congrua mulcta:nõ qualẽ tu forte fili et alii quidã arbitrant̃/quibus videtur aïa nr̃a poſtq̃ eſt humanam exuta figurã/i co̲pra degñare brutorũ. Hic enĩ ipius error.ꝙ ei aïam pueri cauſat̃ ſeipſã cõteplantẽ:hoc viderint qui mentem intelligentiãq; abditam defendunt. Hec et ſimilia. Clauis.

¶Mens ad Mercurium. XI

Eſine tamdiu diſſerere o triſmegiſte Mercuri.
d Sile iam: ante dictorũ reminiſcere. etenĩ ſenſũ tibi meum non pigebit exprimere. eoq; magis: quo multe et varie inter mortales de mũdo/deoq; opiniones pererrant. TRISME. Equidẽ vt igenue fatear huius rei veritatẽ: nondum teneo ipſe. ergo mi dñe puram exprime veritatẽ. nam vnicum te elucidare talia poſſe confido. MENS. Audi me igitur o fili. Tẽpus. deus. & vniuerſum ſic ſe habent. Deus eternitas. tẽpus generatio. Deus eternitatẽ/eternitas mũdum: mũdus tempus/tẽpus generationem efficit. Dei quaſi eſſentia eſt: bonũ/pulchrũ/btitudo/ſapientia/eternitas. eſſentia: ipſum idẽ. mundi ordo: tẽporis tranſmutatio/generatio/mors/& vita. actus dei: mens et et aïa. eternitas/perſeueratio/atq; ĩmortalitas: mũdi ĩſtitutio/& reſtitutio tẽporis. augmẽtũ & diminutio: gñationis deniq; qualitas. Eternitas ergo in deo: in eternitate mũdus. tẽpus in mũdo: in tẽpore generatio eternitas extat circa deũ. mundus in eternitate mouet̃. tẽpus terminat̃ in mũdo: generatio complectitur in tp̃e. ſors itaq; oĩm deus: eſſentia vero eternitas. Opus eternitatis eſt mũdus factus quidem non aliquãdo: factus autẽ ſemp̲ ab euo. Cum vero nonquã ceſſet euũ: nũq̃ ceſſabit & mũdus. Cũq; ſit mũdus eternitate cõprehenſus: nulla mũdi pars iterit. TRISME. Dei vero ſapiẽtia quid eſt? MENS. Bonũ. pulchrũ. beatitudo. oĩs virtus & euũ. vnde ĩmor=

talitatē p̄stat euū/p̄seuerantiā materie tradēs. Origo enim materie pendet ex euo: quēadmodū ex deo euū Generatio quidē ac tēpus nature gemie: et in celo sūt et in terra. in celo sane immutabilia sunt hec duo atq̃ īmortalia. in terra mutabilia corruptioniq̃ obnoxia.

Anima mundi.

Eternitatis aīa deus est: aīa mundi eternitas: terre aīa celum. Deus in mente: mens in aīa: aīa autem in materia. oīa vero ista per euū: totū hoc corpus: in quo corpora oīa. aīa mente/ deoq̃ plena: intima mūdi replet cōplectitur extima/vitā oībus hec suggerit. extrīsecus quidem: ingēti huic p̄fectoq̃ aīali mundi. intrinsecus autē ceteris que insunt mundo viuētibus. Supraq̃ in celo: qđ idē est: oīa sistens infra vero in terra: generationē agitās. Mūdū p̄fecto cōtinet euū: siue p̄ necessitatem/seu p̄uidentia/ vel natura. et siquid aliud quis cogitat/vel etiā cogitabit vnq̃: id oē deus agit. Actio dei potestas insup̄abilis: cum qua nec humanam: nec diuinā vllā cōparare quis audeat. Caue igitur o Mercuri: ne quid ifernorū/ ne quid etiā sup̄norū dei simile cēseas/nā a veritate penitus aberrares. nihil quippe simile est ei: qđ dissimile solumq̃ & vnū est. Neq̃ cuipiā putes eādem que deo vim adesse. quid enī post illū tale: et ad īmortalitatē/ et ad qualitatis transmutationē? quid aūt p̄ter hoc aliud deus efficiet? neq̃ enim ociosus est deus. nā ociosa forēt oia. cūcta siquidē plena sūt deo: ociū vero ī nullis mūdi p̄tib⁹ reperit̄. nomē p̄fecto vanū est ociū: tū secūdū id qđ agit/tū etiā secūdū id quod agit̄. vniuersa fieri necesse est: ac semp̄ fieri secūdū loci cuiusq̃ naturā. Agēs nō vni p̄sens est tantum: sed oibus. nec vnū dūtaxat verū vniuersa producit. nam efficax existens in seipsa potestas: in ijsque facta sunt minime sufficiens est. sub ipsa enim sūt ope-

ra ab illo ꝓgenita. Age / cōtēplare ꝑ me subiectū tuo conspectui mundū / atq̧ eius diligenter circūspice formā. iuiolabile corpus: quo nihil antiquius per oē quidē adultū ac virēs. Inspice preterea mundos septem suppositos / ornatu mirifico fabricatos: ordine sempiterno: cursu suo differēter cōplētes euū plena lumine singula / ignis vero ī illis nullo modo. Amicitia enim contrariorū dissimiliūq̧ cōmixtio: lumen instituit illustratū ab actu dei / bonorū omniū genitoris / totius ordinis principis: septemq̧ mundorū ducis eterni: lunā vero ceteris ꝑcurrentē: nature organū / inferiorem materiā trāsmutātem, terrā in mundi medio sitā: pulchri mundi subsellīū nutrimētum terrenorū oīm: eādēq̧ nutricē. Meditare numerū mortaliū immortaliumq̧ viuētiū. mediū vero quasi cōfiniū vtrorūq̧ mortaliū videlicet atq̧ īmortaliū / lunā ipsā circūeuntem. Aīa rursus oīm plena ꝓprijs ab ea motib⁹ agitata: partim quidē circa celū / partim vero circa terrā. nec ea q̄ dextra sunt ad sinistra: neq̧ leua ad dextra. Item nec supa ad īfera / neq̧ īfera iterum ad supna. Quod aūt hec oīa genita sint o dulcissime mi Mercuri: nequaquā nūc opus est / vt me differēte ꝑdiscas. nā corpora sūt: habētq̧ aīam et mouēt. Hec autē in vnū cōgredi absq̧ cōgregātis virtute īpossibile est. Oportet igit̄ aliquē esse talē ac penit⁹ vnū. Nā cū multi varijq̧ sint motus / et dissimilia corpa / vnus autē ordo velocitatis in oībus: impossibile est duos aut plures esse factores. neq̧ enī ordo vnus ꝓbaret̄ in multis. Preterea qui inter illos imbecilior esset potētiori nimirū inuideret / ex quo seditio q̄dam exoriret̄. Itaq̧ si vnus eorum actor mutabiliū aīaliū extitisset: cuperet quoq̧ īmortalia gignere / queādmodū genitor īmortaliū affectaret mor=

talia. quinetiã vna exiſtẽte aĩa vnaq; materia: ad quẽ illorũ potiſſimũ fabricatio ptinet? Qz ſi ad vtrũq;: ad quẽ puincia maior? ſic autẽ cogita. oẽ corpus viuens ſeu mortale ſiue ĩmortale: ex materia cõſtat et aĩa. oĩa ſane viuentia corpa aĩata ſunt: nõ viuentia vero nuda pene in oĩa. Aĩa quoq; ſimiliter ſecũdũ ſeipſam ſuo ppinqua parẽti: vite cauſa eſt. vite autẽ cauſa eſt quilibet ĩmortaliũ. Quonã igitur modo: mortalia viuentia differunt a mortalibus: itẽq; ab immortalibus immortalia? eſſe itaq; horum oĩm actoris pre ceteris eſt pcipuum. Nam aĩa vna/vita vna: vna quoq; materia Quiſnã iſte: quis alter pter vnicum deum? Num alteri cuipiam q̃ ſoli deo cõuenit pcreare viuentia? Vnus itaq; deus/mũdum vnũ eſt cõfeſſus: et ſolẽ vnũ/vnicã lunã/vnã quoq; diuinitatẽ. Ipſũ vero deũ/ vnũ quidẽ credimus eſſe. Vnus igitur: ſingula facit in multis. Num cenſes arduum quiddam et laborioſum deo vitam/ animã /ĩmortalitatem? mutationẽq; efficere. Tu enim tot tãtaq; potes: vides/audis/odoras /guſtas/tãgis /loqueris / gradieris/ ſpiras: intelligis. Neq; alter eſt in te: qui videt / quiue audit alter. Nec loquitur vnus/graditur alius: hic odorat/ille guſtat/hic ſpirat intelligit ille. at vnus hec omnia preſtat. neq; etiam poſſibile eſt illa ſine dei natura fieri. Vt enim qui ceſſat ab iis: nõ eſt amplius animal. ſic qui ab illorum cõſtructione ceſſaret: minime deus eſſet. id autem ſuſpicari nefarium. Qz ſi conceſſum nihil ĩ rerum natura conſiſtere cui nõ inſit naturalis quidã agendi vigor/ſimulq; certi operis executio: quãto magis aſſeuerãdũ eſt deo/nõ deeſſe poteſtatẽ oĩm et effectũ. nã quicquid ocioſũ: ĩpfectum. ĩpfectũ dicere deum. nefas. facit igĩt oĩa deus. Nũc mihi id paululũ tpis o Mercuri to

tus adesto/ipsũ te mihi dedito:opus dei cõfestim i-
telliges.Hoc opus adesse necessarium erat:vt essent
ea q̃ fiunt/queue fiebãt/& que fient in posterum.Id
autẽ o suauissime mi Mercuri vita est:id vero pul-
chrum/id autẽ bonum/id deniq̃ꝫ deus.Sin autẽ petie
ris/vt hec tibi per exẽpla opeꝝ ante oculos ponã:ad-
uerte quid tibi accidat generare volenti.non tamẽ il
lius hoc simile.ille siquidem nõ diffunditur volupta-
te:nõ habet operis adiutorẽ.Suapte natura efficax:
vi propria operãs versatur/in opere semp̱ existẽs ipe/
quodcũq̃ꝫ fecerit vnq̃.Si a quodã influxũ suũ ille sub
traxerit:deficiẽte vita in mortẽ corruẽt vniuersa.Cũ
vero viuant oĩa/vnaq̃ꝫ sit vita cũctorũ:vnus est deus.
Rursus si oĩa viuentia sunt/& que in celo videntur/&
que iacent in terra:vna profecto vita cũctorũ manat
ex deo/atq̃ꝫ ipsa et ipse est deus.ab vno fiunt oĩa con-
ditore.Vita vero est vnio mẽtis & aĩe:mors autem nõ
pernicies cõcretorum/sed vnionis pluriũ dissolutio.
Imago ergo dei euũ:eui mũdus/mũdi sol/solis autẽ
homo.At vero mutationẽ quandã/populi mortẽ es-
se arbitrãtur:ob eam causam/quia moles resoluitur
corporis/et vita se reuocat in occultum.Equidẽ o di-
lecte Mercuri.mundũ quidem mutari:hac te doceo
ratione.quia quedam illius particule in occultũ iu-
giter abeunt:nunq̃ tamen interire illum existimato.
He profecto mundi sunt passiones:reuolutio scilicet
atq̃ꝫ occultatio.Reuolutio quidẽ cõuersio:occultatio
autem renouatio est.Omniformis preterea mundus
formas haud sane aduentitias/peregrinasq̃ꝫ suscipit.
verum ipse eas in seipso coagitat:etiam omniformis
mundi similis erit:at si vnicam formam habuerit in
hoc erit mundo deterior.Quid itaq̃ꝫ dicemus ad hec:

ne obſecro in ambiguo reſiſtamus. Quod enī in di‑
uinis ambiguum /nondum cognitum: vnā igitur ha‑
bet ideam. huius autē idea ptopria cum aſpectum fu
giat oculorum: incorporea eſt. formaſq₃/per corpora
ſingula exprimit. Neq₃ vlla te prorſus admiratio te
neat: quia ſit quedam īcorporalis idea. eſt enim qua
lis idea ſermonis et inſcriptionibus apices. videntur
enim per multum excedere: plane tamen ex natura/
leueſq₃ ſunt. Meditare autem quod nūc dicetur au
dentius: quodq₃ verius etiam aſſeretur. quemadmo
dum homo nequit ſine vita viuere: ita nec deus vi‑
uere poteſt/niſi bona producat. Hec enim dei vita/
hic eius actus: agitare ſingula/vitāq₃ oībus inſpira‑
re. Quedā vero eorū que ſupra diximus: certā quā‑
dā requirunt intelligentiam. Conſidera in hoc exē‑
plo quid potiſſimum ſignificare velim. Oīa ſunt in
deo: non tanq̄ in loco poſita. Locus enim corpus eſt
imobile: atq₃ ea que poſita ſunt/motu carent. Locat̄
quippe aliter in corpore: aliter in phātaſia. Cogita
ſingula continentē: cogita nihil eſſe q̄ incorporalis
natura capacius/nihil velocius/nihil validius/ipſūq₃
omniū capaciſſimū/velociſſimū/potētiſſimū. Sic ite‑
rum a teipſo incipiens meditare: atq₃ aīe tue precipi
to/que citius q̄ precipies euolabit. Iubeto inquā: vt
tranſeat in occeanū. illa priuſq̄ iuſſeris ibi erit: inde
vbi nunc eſt nequaq̄ diſcedens. Iubeto iterum: vt in
celū volet/nullis pēnis egebit: nihil eius obſtabit cur
ſui/non ſolis incendiū. non etheris amplitudo. non
vertigo celorum/nō ſyderum reliquorum corpora/
quin penetrans omnia: ad ſupernū corpus vſq₃ trāſ
cendat. Quinetiam ſi volueris globos omnes tran‑
ſire celorum/quodq₃ ſuperius eſt iueſtigare: id quoq₃

tibi licebit. Aduerte quanta sit anime tue potestas: quanta celeritas: Tu ne potes ista: deus non possit? Hoc igitur pacto cōtemplare deum: vt in seipso intelligentias omnes habentem/ habentēq; seipsū/ ceu mundum penitus vniuersum. nisi te deo equaueris: deum nunq̄ intelliges/ nam simile semp a simili suo/ cognoscitur. Extēde teipsū in magnitudine sine termino. emerge ex corpore. totum supergredere tempus. eternitas esto. sic deum deniq; noueris: impossibile nihil in teipso supponens. Teipsum imortalem puta/ comprehendere cuncta potentem: sciētiam omnem atq; omnem pariter artē. omni sublimitate sublimior esto/ omni fundo ꝓfundior/ sensusq; factorū tuorum singulos in te colligito: ignis/ aque/ aridi/ humidi/ adesto simul mundi partibus omibus/ celo terreq;/ mariq;/ per omnem etatem/ extra corpusculi tui vtrem habitato/ per mortē nihil interire putato. Cūcta hec simul cōprehendito/ loca/ tēpora/ moles/ qualitates/ et quātitates: sic deū ītelligere poteris. Contra si animā tuā in corpus demerseris/ ipsamq; abieceris/ iisq; te verbis ī cenū ꝓstraueris. neq; scio quicq̄ neq; scire etiam valeo/ vastū horreo maris fundum/ in celum volare nequeo. nō noui quid nunc sim/ nō noui quid sim futurus in posterū. quid tibi cū deo? neq; eni potes cū sis malus corporisq; fetidi seruus: ipsum pulchrum/ bonumq;/ percipere. extrema vero prauitas: non recognoscere deum. At vero confidere/ atq; sperare se/ bonum aliquando reperire posse: via quedam diuina est/ ad bonum recto tramite ducens/ facilisq; et peruia. passim procedenti tibi: semper occurret/ ambulanti/ nauiganti/ die/ nocteq; loquenti/ pariter atq; tacenti. nihil est enim in rerum

natura: quod nō aliquā pre se ferat diuinitatis imagi ginem. TRISME. Nonne inuisibilis deus? MENS. Religiosius loquere Trismegiste. nam quis illo lucidior. Ille quippe oīa ob eā causam fabricauit. vt eum per singula cerneres. Hec dei bonitas. hec eius virtus est: illū fulgere per omnia. nihil est vel in incorporeis etiā inuisibile. mēs ipsa intellectione videtur. de⁹ aūt in operatione conspicitur. Hec hacten⁹ enodata tibi sint Trismegiste: cetera omnia ipe per te iam perscrutaberis/neq₃ falsa veritatis imagine decipieris.

V Ndecimus de mente: diuino sermone plenus declarat eternitatē a deo/mūdū ab eternitate/tempus a mūdo/transmutationē a tpe/a trāsmutatione mortem atq₃ vitam pendere. insuperabili dei potestati nullā potentiā: nec diuinā/nec humanā/nec supnoꝶ/nec infernoꝶ cōparabilē esse: quē vnicū esse cū rationibus/tū analogijs: gratissime pmōstrat. qui cū ociosus esse nequit. semper oīa facit. qđ de eterna verbi generatione dictū recte cōcipias. ait enī ꝙ opus diuinū adesse necessariū erat: vt essent ea que fiūt/q̄ fiebāt/& que fient in posteꝶ. id vita est: id pulchrū. id bonū. id deniq₃ deus et vita cūctorū. sed quid hoc nisi qđ altius euangeliste tuba cecinit cū inquit. In principio erat verbum & verbū erat apud deū et deus erat verbum Hoc erat in pricipio apud deū: oīa per ipsū facta sunt/et sine ipo factū est nihil. qđ factū est in ipso vita erat. Cunctoꝶ ergo vita: a deo manat atq₃ ipsa deus est. Quo fit vt ea vera mors verusq₃ is nō sit rerum interitus: qui vulgo putat. verū ea qua viuentiū vita in abditum se reuocās: res deserit. Mira profecto ꝓportiōe ad eū cōprehendendū vtit: qui omnē effugit ꝓportionē: qui cōprehensus icōprehensibilis manet. et qui oībus incognitus: oībus in rebus se prestat cognoscibilē. Vos ergo quicunq₃ pij huc toti nunc adeste: et mentis sermonibus vestrā mentē iclinate vt eum tandem cognoscatis: qui omnia ob eam causam fabricat⁹ est: vt eum per singula cerneretis. Hec Mens.

¶Mercurij ad Tatium de communi. Xii.

m Ens quidem o Tati ex ipsa dei essentia/ si qua
tamen est eius essentia: nascitur. Hec qualis=
cunqꝫ sit: sola seipsam sincera comprehendit.
Mens igitur ab essentia dei nequaquam diuisa: sed
illi potius eo modo connexa/ quo solis corpori lumē
Hec mens deus est in hominibus: atqꝫ idcirco nōnulli
ex hominum numero/ dij sunt/ eorūqꝫ humanitas est
diuinitati q̄ proxima. etenim bonus demō deos qui
dem p̄dicat imortales: homies autem mortales deos.
In animalibus autem irrationabilibus: mens illa na=
tura est. Nam vbicunqꝫ aīa: ibi quoqꝫ mens. quemad=
modū vbicūqꝫ vita: ibi etiā aīa in viuentibus/ absqꝫ ra=
tionis discursu. aīa est vita vacua mentis. mēs quippe
adiutrix est hominū aīarū: eas in bonū proprium re=
uocans. In aīalibus ratione carentibus: cum natura
cuiusqꝫ operando cōgredit̄. in animis hominum resi=
stit interdū: atqꝫ repugnat. Aīa siquidem infusa cor=
pori: a voluptate atqꝫ dolore cōtinuo deprauatur. ex
corporis eni cōmixtione voluptas et dolor: ceu riuuli
quidā scaturiunt: in quos madēs aīa suffocatur. Qui
buscūqꝫ igit̄ animis mens p̄sidet: suo illa fulgore illu=
strat: earum moribus/ malisqꝫ resistēs. quemadmodū
vero medicus eruditus egrotantis corpus doloribus
afficit/ vrendo illud atqꝫ secando: recuperande valitu
dinis gratia: eodem modo mēs voluptuosam affligit
aīam: vt radices voluptatis euellat. ab hac enim oīs
anime morbus: morbus aīe grauissimus/ impietas est.
opinio autē nō ad bonū prorsus vllum: sed ad malū
potius allicit. At vero mens illa repugnans: sic anime
bonū ꝓcurat: vt sanitatē corporis medicus. quotcūqꝫ
hominū aīe mētem nequaq̄ sortite sunt gubernatri=
cem: eadem que et brutorum anime patiunt̄. Dimit

tit eas mens cupiditatũ imperio: ad quarum expletio
nem ardenti quodã impetu pferunt / rituq; ferarum
immoderate et irascunt & cupiũt. Quodq; deteri' est
nec finem iponũt libidini vllum/ nec malorũ iueniũt
passionumq; terminum. Hisce velut lictorem: vt vidi=
cem deus legem proposuit. TAT. Hic o pater dispu=
tatio illa de fato(quã in superioribus imperfectam re
liquimus)reuiuiscit. Nam si decretum sit quosdam
adulteros/quosdam forte sacrilegos: cur aliquis inde
mulctatur/quãdoquidẽ cõpulsus fati necessitate deli
querit? TRISME. Oĩa sũt fati opera fili. absq; illo ni
hil est corporaliũ. nõ bonũ sine illo quicq̃ potest: non
malũ fieri sine illo. Decretum est eum qui turpe quid
cõmiserit pati. ille ob id cõmittit: vt patiat̃ ide quod=
cunq; patitur/quãdo commiserit. Ceterum de fati ac
delictorum suppliciis: in aliis diximus. Presens vero
nobis est sermo de mente. quid mens valeat: q̃ diffe=
rens in hominibus ac brutis sit eius instinctus. atq; ite
rum quo modo in brutis quidem non est mẽs ipsa be=
nefica: in hominibus autẽ libidinis impetũ cohibet/
iracũdie restinguit ardorẽ. ex quo sequitur: vt inter
homines / irrationales quidã/nõnulli rationales exi=
stant. Cuncti vero hoĩes fato/generationi/transmuta
tioni subiiciuntur: initiũ quippe/finisq; fati duo hec
generatio scilicet ac trãsmutatio. Et hoĩes vniuersi id
quidem patiunt̃/quod instituit fatũ. Verum rationa
les illi/ quibus diximus mentẽ ceu gubernatricem as=
sistere: nõ eodẽ modo quo ceteri patiunt̃. imo ab im=
probitate alieni/existẽtesq; nõ mali: patiunt̃ minie ma
lum. TAT. Quõ rursus hec ais o pater? TRISME.
Adulter nõne malus? homicida nõne malus? Homo
non adulter patitur/ sed queãdmodum adulter Nõ

homicida: sed queadmodum homicida. Qualitatem transmutationis effugere impossibile est: sicut et generationis effectu. prauitatem vero mente habenti vitare licet. Quaobrem ego mi fili bonum semp demonem audiui dictantem: qui si litteris queqz monumenta mandasset: mira quedam indies humano generi emolumeta conferret. Solus ille mi fili tanq ipe pro me genitus deus/vniuersa conspiciens: diuina in nos effudit oracula. Nuc equidem audiui sic aliquado predicantem: vnum oia sunt/presertim intelligibilia corpora viuimus potentia: actu / eternitate. Mens huius bona: queadmodum et eius anima bona. cum id ita se habeat: nihil est intelligibilium ab itelligibili distans. Potest preterea mens princeps omnium atqz anima dei: quecunqz vult efficere. hec ille. Tu igitur ista considera: & ad hunc quem inferam sermone de fato: mente/ arrectisqz auribus adsta. Si diligenter litigiosas captiuculas euitaueris: iuenies absqz dubio/ qd mens aia dei dominat oibus: tu etiam legi ac ceteris vniuersis. neqz aliquid illorum/que ad fatu spectant: impossibile menti. Ideoqz humanus animus fato superior: non tamen que fato subiecta sunt negligit. atqz ista sunt oracula boni demois optia. TAT. Vere diuine atqz etia comode tractasti hec o pater. At illud insup mihi declares obsecro. Metem in brutis operari nature modo dixisti: cum illoru affectibus cooperantem. Affectus aute irrationalium (vt arbitror) passiones sunt: mens ergo passio quedam est. sic enim passionibus conformat. TRISME. Euge fili bone/q generose rogas: equu est vt tibi responderam. Omnia que insunt i corporibus incorporea: patibilia sunt/imo passiones pprie sunt. Ois motus cor=

poreus: incorporea quoq; mouetur a mēte. motus au tem passio. Vtraq; ergo/tum quod mouetur tum etiam quod mouet patiūtur. hoc quidē dominās: illud vero subiectum. Cū vero separatur a corpore: a passionib' liberatur. immo nichil vsq̄ impatibile fili. cuncta enī patibilia. Sed passio & patibile in hoc maxime differunt: quod vnum agit/alterum patitur. corpora vero secundum seipsa etiam agunt. aut enim imobilia sūt aut mouentur. vtrum vero sit horum: passio est. Incorporalia autem operantur semper: proptereaq; patibilia sunt. Neq; te appellationes moueant. operatio enim ac passio idem: vocabulo tamē magis honorādo vti nil obest. TAT. Perspicuam de his rationem reddidisti o pater. ERISME. Illud preterea considera o fili: quod duo hec soli ex omibus animalibus homini/deus ipse largitus est sermonem scilicet atq; mentem. Quequidem eiusdem (ac immortalitas) premij esse cēsentur. Ijs quisquis ad id quod decet vtitur: nihil ab immortalibus discrepat. Quinetiam corporis solutus compedibus: ab vtrisq; ducetur in chorum beatorum simul atq; deorum. TAT. Cetera preter hominē animantia: nonne sermone vtūtur? TRISME. Non fili: sed voce. permultum interest vocem inter atq; sermonem. sermo cunctis cōmunis hominibus: vox autem propria cuiusq; hominis/propria etiam cuiusq; generis animantium. TAT. O pater diuersa genera hominum: diuersis vtuntur sermōibus. TRISME. Diuersis o fili. vnus etiam sermo qui per īterpretationem huc atq; illuc translatus: vnum deniq; verbum existere reperitur. Verbū idē apud egyptios/persasq;/et grecos. sed videris mi fili: verbi virtutē/et amplitudinē ignorare.

Beatus deus demon bonus: animam esse in corpore/ mentem in anima/ in mente verbum ꝓnunciauit/deū autem horum patrem asseruit. Verbum itaq3: imago ac mens dei est. est corpus quidem idee: idea vero aīa est. purissimaq3 materie portio aer: aeris aīa/ aīe mens mentis deniq3 deus. Deus vero circa omnia: simulat= q3 per omnia. mēs circa aīam. aīa circa aerem. aer cir= ca materiam. Necessitas autem/ ꝓuidentiaq3/et natu ra: organa mundi sunt/ ordinisq3 materie. Etenim in= telligibilium vnūquodq3 essentia: essentia vero illorū ipsum idem: At eorum que mūdo insunt corporum: vnumquodq3 est multitudo. Corpora composita ip= sum idem habentia/atq3 inuicem mutuo transeuntia: immortalitatem ipsius eiusdem perpetuo seruant. In ceteris corporibus que composita sunt: corporis cu= iusq3 numerus est. absq3 numero constitutionē vel cō= positionem vel dissolutionem fieri: impossibile est. vni tates quippe gignūt/ atq3 augent numerum: rursusq3 solute/ in se numerum retrahūt. Materia quidem vna totusq3 hic mundus: magnus est deus / imago maio= ris/vnitus illi/ patris ordinem voluntatemq3 seruans/ vite totius integra plenitudo. neq3 est in eo quicq̄ per omnem eternitatem / restitutionemq3 paternā seu ad totum / siue ad partem spectans: quod non vita fru atur. neq3 est vite expers in mundo quicq̄: nec fuit an te/nec erit. Viuentem enim voluit pater eius: quan= diu est: esse mundum. vnde deum hunc esse necesse est. Quomodo possunt o fili in deo: in totius imagi ne / in plenitudine vite/ esse quedam vita carentia. Priuatio vite corruptio est. corruptio vero pernicies. Quonam igitur pacto / pars vlla eius quod incor= ruptibile est corrumpi: vel dei quicq̄ destrui potest?

TAT. Nonne o pater animalia que in mũdo sunt mundi partes: intereunt. TRISME. Rectius loquere fili. Erras enĩ in noie. nõ moritur in mũdo quicq̃ sed composita corpora dissoluũtur. dissolutio mors non est: sed mixtionis resolutio quedã. soluitur aũt vnio: nõ vt ea que sunt itereãt/sed vt vetera iuuenescant. TAT. Cũ sit quedã opatio vite: nonne motio q̃dam hec est/atq; idcirco/quid in mundo imobile? TRISME. Nihil o fili. TAT. Nũquid imobilis tibi terra videt̃. TRISME. Minime: sed multis motibus agitata. sola tamẽ hec quodãmodo stabilis. An nõ ridiculũ esset ipsã nutricẽ oim: cõcipiẽtẽ/pturiẽtẽq; singula motu carere? ipossibile enĩ aliquid absq; motu parere. Nec minus ridiculũ illud: q̃ id corpus sterile nũcupare. nihil enĩ aliud ipsius imobilis appellatio q̃ sterile quiddã significat. Totũ hoc o fili generati cõsidera/quod est in mũdo: aut crescendo/aut decrescendo mouet̃. Quod vero mouet̃: id pterea viuit. singula tamẽ viuẽtia: haud eadẽ esse necesse est. Siml' quippe mũdus vniuersus existẽs: totus quidẽ imobilis/partes autẽ eius agitabiles vndiq;. nihil tamẽ corruptioni subiectũ: sed appellationes quedã false homines turbant. Neq; enĩ generatio: vite creatio est/sed latentis explicatio vite. neq; mutatio mors: sed occultatio potius. Cum hec igitur ita se habeant: imortalia cũcta. Materia quidem vite spũs est. mens anime. Ex mente viuẽs omne pfluit. Omne igitur viuẽs per mentẽ: pmanet imortale. Maxie vero oim imortalis est homo: qui deũ capit: qui diuine conformat̃ essentie huic enĩ soli ex omni viuentiũ genere: deus ipse congreditur. nocte quidẽ per sõnia: die crebrius per portenta: per que oĩa sibi futura pnũciat. p aues

per inteſtina:per ſpiritũ.perq̃ ſybillã:ꝓpter que vere dicitur homo ſcire q̃ ſunt:q̃ fuerũt:q̃ mox vẽtura trahãtur.Illud aũt in primis aiaduertas fili mi veli quod vnũquodq̃ genus viuentiũ reliquorũ: ꝓpriã mũdi ꝓuinciã habitat.humida quidẽ aquam.terreſtria terram:aerem volatilia.homo autem his omĩbus vtitur:terra/aqua/aereq̃/& igni.celum ſuſpicit:ſẽſuq̃ illud attigit.deus vero circa omia ſimul atq̃ per omnia.actus eni eſt omniũ:atq̃ poteſtas.nã arduum quiddam eſt o fili:deũ percipere.Hunc quotiens intueri volueris:aduerte mundi ordinem atq̃ ordinis eius ornatum.Aduerte neceſſitatem eorum que ſenſu percipiuntur/prouidentiãq̃ cunctorum:q̃ facta ſint ante/& que quotidie fiunt.Aduerte plenã vite materiam:talem ac tantum deum cum omnibus bonis:et pulchris dijs demonibus atq̃ hominibus incedentem.TAT.At iſte o pater operationes quedam ſunt.TRISME.Ah fili vnde hec:niſi ab ipſo deo proficiſcuntur:num ignoras quod quemadmodũ mundi partes ſunt celum/aqua/terra/& aer:eodẽ modo dei membra/vita/imortalitas/neceſſitas/prouidentia/natura/anima mens?Horum ꝗ omniũ participatio:ipſum bonum.neq̃ fit aliud vſquã/nec eſt factũ:vbi deus ipſe non adſit.TAT.In materia ergo pater. TRISME.Materia fili mi ſeorſum eſt a deo:vt locus illi proprius aſſignet̃.Quid aliud illam exiſtimas:q̃ rudem indigeſtãq̃ congeriem hanc exiſtere poſſe?ne ſecus credas niſi formetur.Quod ſi format̃:ab aliquo certe formatur.operatiões eni formandi:partes dei eſſe diximus.A quo ergo vita donantur animantia ſingula/a quo fiunt immortalia/que immortalitatis munere perfruuntur/a quo mu-

tantur que mutabilia sunt/siue materiã seu corpus nũcupaueris: dei actus esse memento. Actũqꝫ materie: materie rationẽ. actũ corporeũ: corporũ rationẽ. actũ essentie: essentie rationẽ. idqꝫ oẽ. neqꝫ quicq̃ est in omi: quod non sit ipe deus. Itaqꝫ nec magnitudo neqꝫ locus/neqꝫ qualitas/nec figura: neqꝫ etiã tẽpus circa deũ. omne enĩ est. Omne aũt circa omnia: atqꝫ per omnia: Hoc verbum o fili cole atqꝫ adora. Cultus autem dei vnus est: non esse malum.

d Vodecimus de ĩferiore mente: q̃ prime mentis imago aut vestigiũ quoddã est) prosequens post prime mentis exactã determinationẽ: eã singulis aĩabus associat sed in irrationalibus mens natura est: in hoĩbus aũt rõ. cuius beneficio quicũqꝫ hoĩm destituũtur: ritu ferarꝫ flagranti quodam ĩpetu ad cupiditatũ expletionẽ rapiũtur. nec finẽ sue libidini statuunt vllũ: nec suorꝫ malorũ ĩueniũt/passionũqꝫ terminũ. qui fato/diuinoqꝫ decreto patiũtur dantqꝫ sue meritas ignorantie penas. Boni cõtra quibus mẽs presidet boni/pulchriqꝫ imago: bona suscipiunt que illis cõstituerit fatũ. Minime ergo fatũ effugies: lex siquidẽ diuina estfatum. mala tñ/penasqꝫ prauitatis asseclas fugere potes. Mercurius oraculo plenus multa discutit. sepius oraculũ infũdentẽ audiuit. duo diuina in hoĩbus munera cõmẽdat/mentẽ atqꝫ sermonẽ. Oracula boni demonis vel si mauis celestis spũs diuinit⁹ afflãtis aperit: de deo/de verbo/de mũdo/de materia. nihil esse ĩ mũdo vite expers. nihil mortale dicẽdũ (sed poti⁹ dissolubile quid esse sentiẽdũ) nihil ĩmobile. Et soli dissolubiliũ hoĩ deũ varijs modis congredi. & quo pacto ex sẽsibilib⁹ ad deũ ꝑcipiẽdũ hõ assurgere possit. hec duodecimus.

¶ Mercurij ad Tatium filium suum: de generatione et impositione silentij. Tatius XIII

i N cõmunibus pater semonibus: per enigmata quedã ac sine declaratione vllius adiunctiõis/de deitate tractasti/asserens ante regenerationẽ saluũ fieri nemineẽ. Equidẽ dũ ascẽdebas in mõtem: supplex tibi tunc astiti obsecrans/vt mihi regenerationis rationẽ aliquãdo reserares. id enim

ſolum reſtabat tunc michi diſcendum. Tunc demū ſpopondiſti te reuelaturū:cum a mundo forem alie natus. Ecce iam paratus ſum pater. a mēte mea mūdi deceptiones excuſſi. Tu ergo ſerua promiſſa. Regenerationis modum vel palam: vel clanculum vt iubet ediſſere. Ignoro o Triſmegiſte: qua ex materia quoqꝫ ſemie natus fuerit homo. TRISME. O fili contemplatiua in ſilentio ſapientia: ſemen eius verum bonum. TAT. Quonam ſerēte pater: hoc enī ignoro. TRISME. Voluntate dei mi fili. TAT. Et quāti eſt qui nō eſt genitus: expers enī intelligibilis eſſentie. quod ſi aliter ſe habeat: qui gignitur / deus erit dei filius. TRISME. Omne in oī: cōſtās ex omnibus poteſtatib⁹. TAT. Enigmata fingis o pater: neqꝫ priſ more cū filio loqris. TRISME. Hoc genus o fili nō eruditur. verbum quotiēs vult: ſub inſinuatione quadam in dei memoriā reducitur. TAT. Impoſſibilia infers: ac nimiū violenta. quapropter his cupio cōtradicere. TRISME. Admodum diſcrepas a paterno genere Tati. TAT. Ne inuideas mihi pater: legitimus enim ſum filius. Age precor: regenerationis modū / me doce. TRISME. Quid dicam fili: quod dicā ꝑter hoc nō habeo quicq̄ / quod verū cerno ſpectaculū / ex dei benignitate mihi iam oblatū. vnde in corpus ſum īmortale tranſlatus: ſūqꝫ nō ille qui prius fuerā / ac mēs nuper effectus. hoc myſteriū non docetur. Vide hoc elemento formato per quod videre licet / per qꝺ neglecta eſt a me prima compoſita ſpecies: non qꝺ ſim colorat⁹ tactumqꝫ ac terminum habeam. ab iis enim īpreſentiarū alienus ſum. TAT. In furorē me / inſanūqꝫ mentis oeſtrū o pater nimiū cōcitaſti: impreſentiarum me ipſum haud

video. TRISME. vtinam fili charissime tu quoqꝫ te ipsum non dormiēs transcurrisses: instar eorum qui somno insomniis occupantur. TAT. Dic age: quis est regeneratiōis auctor? TRISME.. Dei filius hō: vnius volūtate dei. TAT. Nunc mutum o pater ac stupidum reddidisti: ipse quoqꝫ a pristino statu mē-tis alienatus/eandem aspicio imarum rerum chara-ctere magnitudinem/in eoqꝫ mendacium. Mortalis enim species per dies singulos transmutatur: hec ad tempus (vt pote falsa) in augmentum/detrimentūqꝫ vertitur. quid ergo verum Trismegiste? TRISME. Quod nō perturbatū/non determinatū/nō coloratū/non figuratū/non concisum/nudum/perspicuū/a se ipso cōprehensibile/intransmutabile bonum/ac penitus incorporeū. TAT. insanio iam reuera mi pater. cūqꝫ sapientē abs te sperassem me fieri eiuscemodi cognitione: sensus obtusi sunt. TRISME. Sic accidit fili. Nam sursum latum vt ignis/et deorsum latum vt terra/et humidū velut aqua/necnon spirans vt aer: quomodo ipsum sensu ꝑcipies/nō durum/nō molle non densum/nō penetrabile? solū potentia/atqꝫ actu considerandum. qui vero potest/oret: vt generationē que in deo est intelligat. TAT. Impotēs ego sum pater. TRISME. Absit hoc o fili. recurre in teipsum: et cōsequeris. velis: ac fiet. Purga sensus corpis. solue te ab irrationalibus materie ipsius vltoribꝰ. TAT. Nū vltores intra se sunt? TRISME. Nō pauci o fili: sed horribiles ac multi. TAT. Ignoro pater. TRISME. En fili: hec vna est vltrix/ignorātia. scđa: tristitia. tertia: incōstātia. quarta: cupiditas. quīta: iniustitia. sexta: luxuries. deceptio: septima. octaua: inuidia. fraus nona. decima: ira. vndecima: temeritas. duodecima:

vero malitia. he quidē sunt numero duodecim. sub
iis plures alie continent. que per corporis carcerem
inclusum: tristem hominē sensibus pati cogunt. ab-
sunt autē iste ab eo: qui est dei fretus clemētia. Atq;
ita constat: regenerationis modus / ac sermo. Dein-
ceps sileto mi fili / deumq; silendo laudato: eoq; pa-
cto diuina clemētia nūq̄ a nobis aberit. Gaude / de-
inceps mi fili: nā potestate diuina in cōtemplationē
es veritatis eleuatus. Descendit in nos cognitio dei.
hac accedēte: repulsa est ignoratio. Descēdit in nos
cognitio gaudii: hac presente / tristitia penitus aufu-
git. in eosq; se vertit: qui ad eam parati sunt capien-
dam. Potestatem voco ad gaudium perducētem cō
stantiam: cuius vis ꝓculdubio suauissima est. Com-
plectamur igitur eam libentissime fili: ea enī cū pri
mum aderit: mollíciem oēm prorsus expellet. Quar-
tam vero nunc continentiā voco: vim vniuersarū vi-
ctricem cupiditatū. Gradus hic o fili: iustitie fūda-
mentum existit. Aduerte autem quo pacto a cūctis
operibus iniusticiam expulit. iusti quidem effecti su
mus: absente iniustitia fili. Sextā voco potentiam in
nos descēdentē: cōmunitionē scilicet aduersus exces-
sum. hac deniq; discedēte: inuoco veritatem. aufugit
mox deceptio: veritas adest. Vide quō absolutū est
bonum: veritate p̄sente. Liuor enim discessit a nobis.
veritatis enī inatū est bonū / cum vita simul et lumi-
ne. nec vltra ire vindex accessit. Verum vltrices oēs
repentino quodā impetu reiecte sunt. Intellexisti fili
regenerationis ipsius modū: denario presente nume
ro / intellectualis generatio cōposita est / que duode-
nariū numerū reiicit. Idq; ex ipsa generatione spe-
culati sumus. Quicunq; igitur ꝓpter benignitatem

generationis(que secundum deum est) sensum amit tit corporeum: seipsum cognoscit ex diuinis cōpositum/factusq; indecliuus/diuina potentia tota mēte letatur. TAT. O pater cōcipio non oculorū intuitu/ sed actu mentis: qui per vires intimas exercetur. in celo sum/in terra/in aqua/in aere/in animalibus sū/ in arboribus/in corpore/ante corpus/atq; post corpus. At id preterea mihi dicas velim: quō vltrices tenebrarū numero duodecim: a decē potestatibus repellūtur. Quis modus Trismegiste? TRISME. Tabernaculū istud o fili: est ex zodiaco circulo cōstitutū. qui ex duodenario nūero cōstat illo. Numeriq; vndeci sūt: vnus omniformis secundū ideas nature: ad hois ꝓuagationē atq; circuitum. Itaq; disiugate quodāmodo sunt abinuicē vltrices ille: in agēdo tamen quodāmodo cōiugate. vt ecce inseparabile est ab ira temeritas. Merito ergo secūdū rectā rationē eatenus interuallū: quatenus a potestatibus decē/id est a denario numero repelluntur. Denarius o fili: anime genitor est. Vita vero et lux/ibi vnite sunt: vbi vnitatis ipsius numeri sunt/ex spiritu nati. itaq; vnitas: secundum rationem denarium complectitur. rursusq; denarius: vnitatem. TAT. Eia pater vniuersum video: meq; ipsū in mēte conspicio. TRISME. At hec est regeneratio o fili: nō adesse vlterius corpori/quātitate dimēso. Ob hāc profecto rationē/regenerationis mysteriū protuli: ne simus calūniatores totius/aduersus multos/quos deus ipe vult. TAT. Respōde ad hec o pater. corpus istud ex potētia cōstitutū: nū aliquādo dissoluet? TRISME. Caue ne id vlterius audeas. Impossibilia ꝓfers/ac penitus erras: mētisq; oculis ista loquēdo/ īpietate nimia ꝓphana-

De oīformi illo in asclepio. 9 et 13.

ris. Sensibile nature corpus ab essentiali generatio=
ne procul admodum discrepat. vnum quidem disso
lubile: indissolubile alterum. Illud mortale: hoc im=
mortale. An vero ignoras: quod et deus/ et vnus fi=
lius natus es? TAT. O q̃ vellem o pater: analogiam
illam per hymnum quem dixisti audisse te a pote=
statibus dum ipse in octonario essem. TRISME. Oc
tonarium o fili cecinit ipse Pimander. Vnde te decet
vmbraculum soluere. purus eni ille pimander: mens
diuine potentie. non plura mihi q̃ scripta sint/ aperu
it: existimans me reliqua scrutaturū. hortatus me est
ad decora officia: ex quo omnes que in me vires sūt:
concinunt. TAT. O pater audire hec et intelligere
velim. TRISME. Quiesce fili quiesce inquam: au=
dies iam harmonicā cantilenam/ regeneratiōis hym
num/ quem nunq̃ sic facile propalarem/ nisi tibi con
ducturum confiderem. Non docetur hoc: sed occuli=
tur in silentio. Vide me fili bone: obserua singula di
ligenter. Sic enim te quoq; decet orantem sub diuo:
occidente sole ad austrum/ oriente vero ad eurū fa=
ciem vertere. Vniuersa mundi natura hunc audiat
hymnū. Audi terra. audite turbines imbriū. o silue
silete: cātaturus sum creatorē oīm/ totumq; & vnum.
Audite celi. quiescite vēti. circulus imortalis dei ora=
tionē istā exaudiat. Cano iam creatorē oīm/ terrarū
distributorem/ celū equilibrantē/ iubentē ex oceano
aquā vndiq; fluere dulcē ad hominum alimentum/
iubentem ignē fulgere superne/ ad actiones hominū
atq; deorum. Agamus illi omēs vna voce gratias: tra
nāti celos/ naturamq; creāti. Hic mētis est oculus: hic
potentiarum bñdictionē libenter excipiet. O mee vi=
res: laudate ipsum vnū & omne. Cōsonate voluptati

mee oēs animi vires. Cognitio sancta: que tuo lumine fulget. per te lumen intelligibile cātans: gaudio mentis exulto. Oēs potentie mecum vna concinite. Constantia canta mecū. Iusticia mea: per me iustū canat. Cōmunio mea: totum ipsum laudet. ꝑ me canat veritas veritatem. Bonū nostrum: bonum deniqꝫ canat. O vita/o lux: a vobis in nos bn̄dictio currit. Gratias habeo tibi pater/actus oīm potestatū. Gratias ago tibi deus/oīm potestas actuum. Verbum tuum per me te laudet. per me mundus verborum recipit sacrificium hoc. mee vires clamāt: totum cantāt/ voluntatem tuam ꝑficiunt. Tua volūtas abs te in totū. sacrificium verborū: ab oībus excipe. O vita: totū quod est in me salua. O lux/totum illumina: spiritus deus. Verbū tuū me regit spiritifer opifex. Tu solus es deus. Homo tuus hec clamat: per ignem perqꝫ aerem/per aquam/perqꝫ terrā/per spiritū/perqꝫ creata. Ab eternitate benedictionē inueni: qua desiderio i voluntate tua quiescā. TAT. Noui pater hūc hymnum abs te ex voluntatis affectu cantatū: vnde mūdum attigi in eū. TRISME. Intelligibilē dic mūdū fili. TAT. Intelligibilē dico pater. Ex tua siquidem cātilena: illustrata mihi mēs est. quo fit: vt ipse quoqꝫ ardeam amore canendi. TRISME. O fili mi Tati: ne sine proposito/laudes cantato diuinas. TAT. Ex mente cantabo mi pater. TRISME. Que speculor infūdo tibi: generationis ꝓgenitor Tati. TAT. Deo verborū offero sacrificia. o deus/tu pater/tu dn̄s/tuqꝫ mens: accipe sacrificia verborum que requiris a me. te volente ꝑficiunť oia. TRISME. Offero fili hostiā patri deo gratā: orationiqꝫ tue intentus esto. TAT. Gratias habeo tibi pater: qꝫ ista mihi p̄dicare volu-

eris. TRISME. Gaudeo fili: ꝙ tibi bona q̃plurima ex veritate: que sane snut immortalia opera. id a me disces/silentium virtutis annũcia: nulli cõmunicans regenerationis mysterium / ne tanq̃ calumniatores quidã reputemur. Etenim vterq; nostrum ad sufficientiam meditatus est: ego quidẽ discens/tu vero cõdiscens/ex quo teipsum/patremq; nouisti.

t Fr[u]ctus [e]iusdecimus est de arcano regenerationis mysterio: ante quã saluus fiebat nemo. cuius regenerati̇õis autor: est dei filius hõ/vnius volũtate dei. mysterium quod non docetur: sed oculit̃ in silentio/et in silẽtio a sãctis veneratur. Tu Christiane cetera legito. et si noua regeneratione in deo per dei filiũ es reformatus (depulsis ignorãtia/tristicia cupiditate/iusticia/luxuria/deceptione/iuidia/fraude/ira/temeritate/malicia/horribilibus duodecĩ tenebrarũ vltricibus: decẽ oppositis dei pietate assecutis potestatibus tota mente exulta. deo reformatori toto mentis vigore grãs agere memento: tot⁹ eius amore flagra. tot⁹ spũs factus et a spũ regenitus: pietatis hymnũ cõcine: et regenerationis/imaculatus pietatẽ retine. totus in deum parentẽ et regenerationis autorem eius filiũ conuersus: hunc ex hoc terciodecimo fructũ consecutus/vel saltẽ ad tã pie cogitandum mentis tue benignitate excitatus.

¶ Mercurij ad Esculapiũ Epilogus. XIIII.

q Voniã fili⁹ meus Tatius (te abscente) naturã oĩm discere voluit/cũctari vero me noluit ipse/vt pote iunior ac nuꝑ accedẽs/ad cuiusq; cognitionẽ / coactus sum plurima dicere/vt facilis illi foret atq; expeditus intuit⁹: opereprecium esse censui vt ex multis eligẽs potiora/summatim nũc tibi disputationem precedentẽ repetam. Licet enim tecum/ vt pote rerum nature perito: per mystetia quedã ꝑcurrere. Que sensu ꝑcipiunt̃: facta sunt oĩa / fiuntq; quotidie. genita nõ a seipsis: sed ab altero fiũt. Multa sunt genita / sensu patentia singula: differentiaq; nec omnino similia. quecunq; gignunt̃ ꝓcedunt ab

altero. Est ergo quis factor istorũ: atq; is ingenitus/ vt genitis antiquior sit. Genita enim diximꝰ ab alio fluere. Nihil autem p̃ter ingenitum: genitis esse potest antiquius. Factor quippe potẽtior est et vnicus: solusq; re vera sapiens vniuersa/ cum nihil omnino ipsum precedat. Dominatur quoq; multitudini/ magnitudini/ actioni/ continuitati: genitorũq; oĩm differentie. Preterea genita visibilia sunt/ inuisibilis ille. ob id vero facit: vt visibilis fiat. semper igitur facit. Dignũ est intelligere/ intelligẽdo mirari/ admirãdo se beatum vocare: patrem legitimũ recognoscẽtem. Quid enim dulcius parente legitio? Quis iste? Quõ eum reperiemus? An illi appellationem dei soli decens est attribuere: vel factoris vel patris? An tria pariter cognomenta: deum ergo cognominato ꝓpter potentiam. factorem propter actum. patrem deniq; ꝓpter bonũ? Est enim potestas a genitis admodum differens: actus autem in productione cunctorum. Quamobrem sermõis varietate/ vanitateq; dimissa: duo hec in primis meditari oportet/ genitorẽ scilicet ac genitum. horũ nihil est mediũ: nec quicq̃ preter hec aliud. Cũ ergo oĩa intelligere volueris: horũ recordare duorũ/ eaq; esse vniuersa memẽto. nihilq; tibi erit ambiguũ/ nec supnorũ/ nec infernorũ/ seu diuinorũ: seu mutabiliũ/ aut patentiũ/ aut eorũ que ĩ tenebris delitescunt. Duo nẽpe cũcta sunt: genitor ac genitũ. nec secerni alterũ ab altero potest. neq; enim genitorẽ absq; genito esse possibile est. vtrũq; illorũ idipsum existit. Itaq; neutrũ disiũgi licet ab altero/ quẽadmodũ neutrũ a seipso diuidi. si quidẽ ipsum faciẽs: nihil p̃ter ipsũ quod facit est aliud. simplex enĩ est: vt semp est. ita sẽper est agens: idemq; sibiipsi/ et

in existendo pariter/et in agendo. Nihil autẽ quod genitũ: a seipso genitum est. non ergo seorsum factũ a faciẽte. qui horũ vnũ subtrahit: perdit et alterum. Vnus quippe natura ꝓpria: naturã sẽper alterã re=spicit. Si itaqꝫ duo cõcessa sunt / efficiẽs et effectum: vnita quidẽ sunt inuicẽ. sic tamẽ vt vnũ precedat/al terum vero sequatur. precedens sane deus efficiens: sequens vero id quod est effectum. Quicquid id de niqꝫ sit: neqꝫ diffidat quispiã ijs que diximus varie tate rerum perterritus: quasi tam diuersorũ cõstru=ctio/vel ardua sit vel indigna/maiestate diuina. Vni ca enim deo gloria: omnium constitutio/atqꝫ id est velut corpus dei effector. Ab ipso profecto factore: nihil malum / nihilqꝫ turpe. He siquidem passiones sunt creata sequẽtes opera: quemadmodum es rubi go/animata corpa limus. At neqꝫ faber ferrarius in=duxit rubiginẽ: neqꝫ animati corporis genitor cenũ ac sordes. eodemqꝫ modo: nec deus etiam malum. Generationis autem perseueratio: malum surrepe=re cogit. eaqꝫ de causa mutationem deus rebus insti tuit: et ceu quãdam generationis ipsius purgationẽ. Preterea eidẽ pictori figurare licet celũ/terrã/mare/ deos/hoies/bruta/arbores: ac vita carentia: deo vero vni/taliũ deerit agendorũ facultas. O dementẽ/o ce cũ et totius diuine cognitionis inexpertẽ. Nihil est magis o Esculapi ridiculũ: q̃ qđ huic accidit. nã dũ se deũ venerari fatet̃/ex eo ꝙ creandi negocio curaqꝫ liberet: deũ ipsum prorsus ignorat. quodqꝫ deterius est: mortalium illi passiones ascribit/inuidiam/super biam/ignorantiam/imbecillitatem. Nisi enim faciat oia: aut superbus est/aut potius imbecillis. quorum vtrũqꝫ nefariũ. Deus enim vnicã propriãqꝫ naturam.

habet:idq̄ ipsum bonū est. Bonus autē:nec superbꝰ est/nec ipotens. Ipsū vero bonū:deus est. Bonū quippe:ipsa vis omniū agēdorū. Quodcūq̄ genitū a deo genitū:id est a bono/& ab eo quod oīa potest. Vide quō ille quidē facit:quō etiā illa fiūt. q̄ si cōprehendere velis:licet magnā rationē/ꝓpulchrā/atq̄ simillimā ītueri. Aspice precor agricultorē/semia in terre gremiū diffūdētē:hic triticū/ ordeū alibi/alibi vero reliqui generis semia. aspice eūdē vites/malosq̄/& ficus repastinātē/atq̄ amputantē. Eodēq̄ modo deus ipse in celū quidē serit immortalitatē/in terrā vero mutationē:in totum deniq̄ mundum vitam/atq̄ motum. Hec autē haud multa sunt:sed pauca/certoq̄ numero determinata. Cūcta enim quattuor sunt. ac deus et generatio:quibus oīa comprehenduntur.

q Vartusdecimus hec asserit. que sensu percipiuntur: facta esse oīa/atq̄ continue fieri. nam quemadmodū ab alio fluunt/qui oībus oīpotens rebus dñatur:ita quoq̄ ea cōtinue sustinet /ne sua natura sui prona casus ruant in nihilū. cuius sola cognitio felicē facit atq̄ beatum :qui deus/oīm factor/atq̄ pater est. & solus ipse genitor et cetera oīa genita: interq̄ genitorem et genitum nullū intercipi potest mediū. & hec duo :vniuersa sūt. sūt enī duo oīa:genitor atq̄ genitū. preterea hoc asserit:malū a deo nō pendere(vt neq̄ a ferrario fabro/ferri rubigo)sed creata sequi opera . Et ex humana nos arte ad diuinam artem concipiendā eleuat. et deū ipsū/in celo immortalitatem serere/in terra mutationem:in toto vero mūdo vitam/atq̄ motum. Hec epilogus. Hec pauca ꝑ modū argumētorū subiecimus:q̄uis īgenue fateamur singulū quēq̄ dialogorū maiorē declarationis operā desiderare /et longe prestātius(q̄ nostre modicule vires suggerant)ingeniū. Prodeat tn̄ Mercurius hic de diuina potestate nunc in lucē ad dei honorē et ad illustrationē legentiū ex ijs presertim qui ex gentilibus ꝓdierunt oībus seculis insigni sermonum pietate conspicuus. cui deinceps librum eiusdem de voluntate diuina subungamus.

¶ Mercurij Trismegisti de sapiētia et potestate diuina Finis.

¶ Mercurij Trismegisti dialogus Lucio Apuleio Madaurensi philosopho platonico Interprete.

I

a Sclepius iste:pro sole mihi est deus.deus te nobis o Asclepi(vt diuino sermoni iteresses) adduxit.eiq; tali:qui merito omniū antea a nobis factorum/vel nobis diuino numine inspiratorum/videatur esse religiosa pietate diuinior.quem si intelligens videris:eris omnium bonorum/tota mēte plenissimus/si tamen multa sint bona/et non vnū in quo sunt omnia.alterum enim alterius consentaneum esse dinoscitur:omnia vnius esse/aut vnum esse oia.ita enī vnū alteri cōnexū:vt separari alterū ab altero nō possit. Sed de futuro sermōe:hoc diligenti intentione cognosces.tu vero o Asclepi procede paululū:atq; nobis qui intersit/euoca.quo ingresso:Asclepius etiam Amnonem interesse suggessit. Trismegistus ait.nulla inuidia Amnonem prohibet a nobis.etenim ad eius nomen multa meminimus a nobis esse scripta:sicuti etiā ad amantissimū et charissimum filium/multa de physica/& exoticaq; q̄plurima Tractatum hūc autem:tuo ascribam nomini. preter Amnonem vero nullum voca alterum:ne tāte rei religiosissimus sermo/multorum interuentu venientiū presentiaq; violetur.tractatum autem tota numinis maiestate plenissimum:irreligiose mentis est multorum conscientie publicare.Amnone etiam adytum ingresso/sanctoq; illo quattuor virorum religione & diuina dei completo presentia:competenti venerabiliter silentio ex ore Hermu animis singulorū mentibusq; pendentibus/diuinus Cupido sic exorsus est dicere. TRISME.o Asclepi omnis humana imortalis

Quattuor virorū Asclepij/āmonis/mercurij quartus ex ii.cap. Tatius.

Hermu genitiuꝰ grecꝰ

est anima: sed nõ vniformiter cũcte/sed alie alio more vel tpe. ASCLE. Nõ enĩ o trismegiste: oĩs vnius qualitatis est anima. TRISME. o Asclepi: vt celeriter de vera rationis cõtinentia didicisti. Nõ enim hoc dixi: omnia vnum esse et vnum omnia/ vt que in creatore fuerunt omnia/anteq̃ creasset omnia. nec immerito ipse dictus est omnia: cuius membra sunt omnia. huius itaq; qui est vnus omnia/vel ipse creator omniũ: in hac tota disputatiõe/curato meminisse. de celo cũcta descẽdũt/in terram/& in aquam/et in aera. Ignis solum quod sursum versus fertur/ viuificũ: quod deorsum/ei deseruiens. at vero quidquid de alto descẽdit: generans est. quod sursum versus emanat: nutriens. terra sola in se ipsam consistens: omnium est receptrix/omniumq; generum que accipit restitutrix. hoc ergo toto(sicut meministi)quod est omnium vel omnia: anima et mundus a natura cõprehensa agitantur. ita omnium multiformi imaginum equalitate variata: vt infinite qualitatum ex interuallo species esse noscantur. adunate tamen ad hoc: vt totũ vnũ et ex vno/omnia esse videantur. totus itaq; quibus formatus est mundus: elementa sunt quattuor/ ignis/aqua/terra/aer/mũdus vnus/anima vna/ deus vnus. Nunc mihi adesto totus q̃tũ mente vales/quãtum calles astutia. diuinitatis etenim ratio/ diuina sensus intentione noscenda: torrẽti simillima est fluuio/e summo in pronũ/p̃cipiti rapacitate currẽti. quo efficit: vt intentionẽ nostrã non solũ audientiũ verũ etiam tractantium ipsorũ/celeri velocitate pretereat.

Aput primũ edocet. omnia vnius esse: et oĩa vnũ. vni⁹: vt a quo oĩa. vnũ: vt oĩa effecta/in causa sunt vnũ. aĩam humanam omnem immortalem esse: sed id diuersa esse

ſorte.de celo omnia deſcēdere.quod deſcendit: generationem preſtare.quod aſcendit/ſurſumqꝫ tendit:ſolum preſtare vitam. idipſũ vnũ/cuius ſunt oīa & quod eſt oīa mũdũ/et mũdi formas omnes mouere.ex quibus coaleuit mũdus: ignẽ/aerem/ aquã/ et terram eſſe.et ſicut omnia corpora/vnius mũdi corpus vnũ/ efficiũt:ita quoqꝫ vult omnes rerum formas vnam omniformẽ vnius mundi efficere formam/quam mũdi vocat animam/qua re mũdus omnicorpor/atqꝫ omĩformis.et hec ſunt:corpus vnũ anima vna/mundus vnus/deus vnus.a quo diuina ratio/diuinumqꝫ verbum/torrẽti fluuio e ſummo in pronum precipiti rapacitate currẽti ſimillimum:omnia permeat/illabitur omnia/ ĩfluitqꝫ in omnia.et hec diuina ratio/ diuinumqꝫ verbum:quid nam aliud obſecro q̃ diuina ſapientia/omnium artifex:que(vt ſapiens canit)omĩbus mobilibus mobilior eſt.et que cũ ſit vna: omĩa poteſt/et in ſe permanens oīa nouat.hec prima particula.

Caput II

C Elũ ergo ſenſibilis deus/adminiſtrator eſt omniũ corporũ:quorũ augmẽta/detrimẽtaqꝫ ſol et luna ſortiti ſũt.celi vero/et ipſius aīe/et oīm que in mundo ſunt:ipſe gubernator eſt:qui eſt oīm effector deus.a ſupradictis eni oīb⁹ quorũ gubernator eſt oīm frequens per mũdũ fertur influxio/& per animã oīm generum/et ſpecierum omnium/perqꝫ rerum naturã. mũdus autem preparatus eſt a deo:receptaculum omniformiũ ſpecierum.naturam autem per ſpecies effigians:mundum per quattuor elementa ad celũ vſqꝫ adduxit.Cũcta:dei viſibus placitura.omnia autem deſuper pendentia : in ſpecies diuiduntur /hoc quo dicturus ſum modo.genera rerum omniũ ſuas ſpecies ſequũtur.vt ſit ita totalitas genus:ſpecies generis particula.genus ergo deorum/demonũqꝫ genus:eque et hominũ/ſimiliter et volucrum.et oīum que in ſe mũdus habet:ſibi ſimiles ſpecies generat. genus eſt & aliud animalis:genus ſine ſẽſibus quidẽ attamen non carens anima/vnde beneficijs gaudet/

et aduersis minuitur atq̧ viciatur. omniū dico que in terra radicū/stirpiumq̧ incolumitate viuiscunt: quarum species per totam terram sparse sunt. ipsum celū plenū est deo. supradicta autē genera ĩhabitãt vsq̧ ad loca specierū/earum rerū: quarum omēs im mortales sūt species. Species enĩ generis est pars/vt homo humanitatis: quã necesse est sequi qualitatem sui generis. vnde efficitur vt q̄uis oĩa genera sint im mortalia: species tamen nō omēs ĩmortales sunt. Di uinitatis enĩ genus et ipsum & species ĩmortales sūt: reliquorū vero genera quorū eternitas est generis/ q̄uis per species occidat/nascendi tamen fecundita= te seruatur. ideoq̧ species mortales sūt/vt homo mor talis: immortalis humanitas. oĩbus tamē generibus: oĩm generū species miscentur. quedã que antefacte sunt: quedam que de his facte sunt. hec autem que fiūt/aut a dijs/aut a demonibus/aut ab hominibus: omnes simillime generibus suis species. corpora enĩ impossibile est conformari sine nutu diuino: species figurari sine adiutorio demonum. animalia institui et coli: sine hominibus non possunt. quicunq̧ igitur demonum a genere suo defluētes/in speciem fortui= to coniuncti sūt alicuius speciei generis diuini: pro= ximitate et consortio dijs similes habentur. quorum vero demonum species qualitate sui generis perse= uerant: hi amãtes hominum rationem/demones nū= cupantur. similis est et hominum species: aut eo am plior. multiformis enim/variaq̧ humani generis spe cies. et ipsa a predicto desuper adueniens consortio: omnium aliarum specierum multas/et prope/omni= um per necessitatem cōiūction es facit. propter quod et prope deos accedit: qui se mente/qua dijs iūctus

est diuina religione dijs iunxerit. demonibus accedit: qui ijs iunctus est. humani vero: qui mediocritate sui generis contenti sunt. et relique hominum species/ijs similes erunt: quorum se generis speciebus adiunxerint.

c Aput secũdũ. Pro presentiũ iuuãda ĩtelligẽtia/et quorũdã sequẽtiũ: latere haudquaq̃ debet/mercuriũ lõge alio significatu/vti vocabulo animalis/ac nos vti cõsueuimus. item et anime vocabulo. nam animam ex secundo pimandri dialogo: motu diffinit. animal autem ex sequenti capite/anima diffinit & corpore. quare quidquid vim motricẽ habet: sua quidem locutiõis obseruatiõe/aĩam habet. quicquid aũt aĩam & corpus: aĩal est. aĩal igitur celũ/mũdus/plante et elementa. Verũ nostra consuetudo est: id solũ vocare aĩal/quod sit corpus aniatũ sensu preditum. et animam non solum motu diffinimus: sed vita/sensu/vltroneo motu/aut intellectu. Cum itaq; animal audimus: non nostro/sed suo more intelligamus. at nũc ad dialogũ. Contendit celum/celesteq; corpus ad cetera sensibilia: vt homo ad cetera animalia. homo autem ceteris animalibus/vt animalis deus: celũ vero ceteris sensibilibus/vt sensibilis deus. At deũ omnium rectorem/gubernatorem omniũ esse que sunt in mundo/nihil aliud esse crediderim/q̃ deum omnibus ꝓuidere et omnia dispensare/per genera/per species. quorum omniũ mundus est receptaculum. et vnicuiq; deus vt apto iustrumẽto: munus aliquod impartit. vt sol et luna: ad rerum ortus & obitus/ad rerum augmenta et detrimenta sunt diuinitatis organa. et hoĩes per angelos: bruta vero per homines/dispẽsat. At vero quod de demonibus dicit species sine eorum adiutorio non figurari/et quosdam hesisse generi diuino/& proximitate et consortio dijs similes habitos/quosdam vero in qualitate sui generis perseuerasse hominũ rationem amãtes: scimus ex sacris litteris/angelos qui non seruauerunt suum principatum/reliquisse suum domicilium/. et in iudicium magni dei vĩculis eternis sub caligine reseruatos. qui et si simulent se hominum amatores: minime tamen amant/sed ad precipitia pertrahunt. quod a principio fecerunt. amare enim simulantes: cum mortem hominibus intulerunt/dicebant nequaq̃ moriemini/sed eritis sicut dij scientes bonum et malum. que igitur de demonibus hic dicit: non satis accommode videntur posse ad piam trahi intellignentiam/sed cr=

rorem gentium sequi. verum de hominibus qui herēt deo/diui nos euadere/qui autem demonibus in sortes recipi demonum/ demonibusq; iungi qui in iudicium (vt dictum est) magni dei vīculis eternis sunt reseruati: ingenue fatemur. nam ex dei ore pronunciatum esse cognoscimus: dicturum in iudicio/ijs qui in sinistra parte erunt/discedite a me maledicti in ignem eternum/ qui parat9 est diabolo et angelis eius. sed qui nā illi erūt: nisi qui demonib9 in hoc mūdo adheserunt? Hec prosecūda partitione.

Caput III

P Ropter hoc o asclepi magnū miraculū est hō: aial adorādū et honorādū. hoc eni in naturā dei trāsit: quasi ipe sit de9. hoc demonū gen9 nouit: vt pote qui cū ijsdē ortū se esse cognoscat. hoc hūane nature ptem in se ipso despicit: alteri9 partis diuinitate confisus. O hominū quanta est natura tē perata felici9: ac dijs cognata. diuinitati coniūctus/ partē sui qua terrenus est intra se despicit. cetera oīa quibus se necessarium esse celesti dispositione cognoscit: nexu secū charitatis astringit. sicq; suspicit celū. sic ergo feliciore loco medietatis est posit9: vt que infra se sunt diligat/ipse a superioribus diligatur. colit terram. elemētis velocitate miscetur: acumine mētis in maris pfunda descendit. omnia illi lucent: nō celum videtur altissimum. quasi enim e proximo sagacitate animi intuetur. intētionē animi eius nulla aeris caligo cōfūdit. nō dēsitas terre operā ei9 ipedit. nō aque altitudo pfunda despectū eius obtūdit. oīa idē est/ et vbiq; idem est horū oīm generū q sunt animalia: desup deorsum radices puenietes habēt. ianimalium vero de imo in supna vna radice siluescūt. quedam duplicibus aluntur elementis: quedam autem simplicibus. alimenta autem sunt bina/anime et corporis e quibus animalia constant. anima mundi: inquieta semp agitatiōe nutritur. corporea ex aqua

et terra inferioris mundi:alimentis augescunt.Spūs (quo plena sunt omnia)permixtus cunctis: cuncta viuificat/sensu adito ad hominis intelligentiam/que quinta pars sola homini concessa est ex ethere. sed de animalibus cunctis:humanos tantum sensus ad diuine rationis intelligētiam exornat/ erigit atq̧ sustollit.sed quoniam de sensu cōmoneor dicere:paulo post et huius rationem vobis exponam.est enim sanctissima et magna: et non minor q̄ ea que est diuinitatis ipsius.sed nunc vobis expediam: que ceperam.dicebam enim in ipso initio rerum de coniūctione deorum:qua homines soli(eorū dignatione) perfruuntur. verum ij hominum quicunq̧ tantum felicitatis adepti sunt: vt illum intelligentie diuinū perciperēt sensum/qui sensus est diuinior ī solo deo et in humana intelligentia.ASCLE.Nō enim oīm hoīm o Trismegiste vniformis est sensus.TRISME. Non omnes o Asclepi intelligentiam veram adepti sunt. sed imaginem temerarario impetu/nulla vera ratione inspecta/sequentes:decipiūtur.que in mentibus maliciā parit:et transformat optimū animal in naturā fere/moresq̧ beluarum.de sensu autem/et de omnibus similibus: quādo et de spiritu/tunc totam vobis prestabo rationem.Solū enim aīal homo duplex est.& eius vna pars simplex est.q̄ vt greci aiūt ουσιωδησ:aut quam vocamus diuine similitudinis formam. est autem quadruplex qđ κοσμικορ greci nos mūdanum dicim⁹.ex quo factū est corpus:quo circūtegitur illud/quod in homine diuinum esse iā diximus.in quo mentis diuinitas tecta sola/cum cognatis suis id est mētis pure sensibus/secum ipsa cō quiescat/tanq̄ muro corporis septa.

t Ertium caput effert hoīs dignitatē. in qua sūmopere re cognoscēdus / tantorū beneficiorū actor / ingētiq; amo re& pennibus gratiarum actionibus semper prosequē dus: qui tātis tanq; excellentibus donis / hominem insigniuit. nam vt vult effect⁹ est homo: vt in diuinam naturam transeat/ angelorum demonumq; genus cognoscens. cum angelis nasci tur: quos habet ab ipo natiuitatis exordio presides et custodes/ naturam sortitus immortalibus cognatam / deiq; insignitam charactere. cōpositus ex mortali et immortali/terrena et supra= mūdana particula. qui vero diuinitatis dotes non ignorat: ter renam despicit/ in immortali autem et supramundana parte cō fidit/ad celum suspirat. vt qui illic meliore sui parte: omnia sen tiat affinia. attamen in mundi medio positus: cetera quibus se diuina ordinatione necessariū esse cognoscit / secum nexu cha= ritatis astringit. vt que infra se sunt diligens: a superioribus dili gatur. colit terram elementis velocitate: miscetur. a cumine mē= tis: in profunda descēdit. omnia illi lucent. celum non videtur altissimum. quippe qui quasi e proximo: sagacitate animi/ ip= sum intuetur. intentionem animi eius: aeris caligo non confun dit. non densitas terre: operam eius impedit. non altitudo aque profunda: despectum eius obtundit. et ex animalibus cunctis: deus humanos tantum sensus/ ad diuine rationis intelligētiam exornat/erigit/atq; sustollit. intelligentia autem vel sola / homi nis pars: etherea/immortalis et supramundanorū naturam sor tita. attamen hominū quidam/diuinum sensum adepti sunt/et felices quidem: qui pia mentis intētione in deum iugiter ferun tur. quidam vero mundanam et sensualem/ vmbratilem quan= dam vere diuineq; ītelligētie imaginem: quam qui sequuntur/ errant. nam hec diuine intelligentie adumbratio: in eorū men tibus qui illam sequntur/ malitiam parit: et transformat homi nem/natura quidem optimum/ et diuinum animal: ī naturam fere/moresq; bestiarum. Hec tertie particule summa.

Caput IIII

a SCLE. quid ergo oportuit o Trismegiste/ho minem in mundo constitui: et non ea parte (qua de⁹ est) eū in sūma beatitudine degere?

TRISME. Recte queris o Asclepi. & nos enim deū rogamus vt tribuat nobis facultatem reddende ra=

tionis istius. cum enim omnia voluntate ei⁹ dependeant: tum illa vel maxime que de tota summitate tractantur/quam rationem presenti disputatione cõquirimus: audi ergo Asclepi. dominus et omnium conformator quem recte deum dicim⁹: cum a se secundum fecerit qui videri et sentiri possit/ eundem secundum sensibilem ita dixerim/ nõ ideo quod ipse sentiat (de hoc enim/an ipse sentiat an non: alio dicemus tempore)sed eo quod videntium sensus incurrit. quoniam ergo hunc fecit ex se primum/ et a se secũdum/ visusq; est ei pulcher/vt pote qui sit omnium bonitate plenissimus: amauit eum/vt diuinitatis sue partem. ergo q tantus et tam bonus esset: voluit alium qui illum quem ex se fecerat/intueri potuisset/simulq; et rationis imitatorẽ et diligentie/ fecit hominem. voluntas etenim dei: ipsa summa est pfectio. vtpote cũ voluisse & perfecisse vno eodẽq; tẽporis pũcto compleat. cum itaq; ουσιωΔη animaduerteret deus/non posse omnium rerum esse diligẽtem/nisi eam mundano integumento cõtegeret: texit eam corporea domo. talesq; omnes esse precepit ex vtraq; natura: in vnum cõfundens/miscensq;/quãtum satis esse debuisset. Itaq; hominem conformauit ex animi et corporis (id est ex eterna et mortali)natura. vt animal ita conformatum vtriq; origini sue satisfacere possit / et mirari atq; orare celestia et eterna/& ĩcolere atq; gubernare terrena. modo autem dico mortalia/ non aquam et terram / que duo de quatuor elemẽtis subiecit natura hoibus. sed ea q̃ ab hominib⁹ aut in his aut de his fiunt. vt ipsius terre cultus/pascua/edificatio/portus/nauigationes/cõmunicationes/commodatiões alterne: qui est huma-

nitatis inter se firmissimus nexus. et pars est mundi q̄ est aqua et terra: que pars terrena mūdi/artium disciplinarumq́ꝫ cognitione atq́ꝫ vsu seruatur. sine quibus mundum deus noluit esse perfectum. placita enim dei necessitas sequitur: voluntatem comitatur effectus. neq́ꝫ enim credibile est deo displiciturū esse quod placuit: cum et futurum id/& placiturum multo ante sciuerit.

Q Vartum caput discutit. Cur deus hominem nō in intelligibilium regiōe/ sed in mūdo constituerit. et aperta est discussio. Et etiam cur ex vtraq́ꝫ natura/ mortali et immortali: hominem temperauerit. & vsiodem diuine similitudinis formam / quāq́ꝫ ad suam similitudinem et imaginem creauit mentem: mundano/corporeoq́ꝫ contexerit integumento. et volūtatem dei/summam esse rerum perfectionem: quam necessitas sequitur / necessitatem autem comitatur effect⁹. nam deus: voluisse et perfecisse/vno eodemq́ꝫ temporis pūcto cōplet. q̄ mundum secundum deum et hic et cap. sexto Appellat: perinde est/ ac si duitatem secundam appellas vnitatem. nam duitas vna/vnusquisq́ꝫ binarius. sed monas absolute vna. binarius autem non absolute vnus: sed participatione/ contractioneq́ꝫ vnus/et secundus vnus. ita deus vnus/absolute deus: mundus autem non deus/sed participatione deus/et sensibiliū rerū pulcherrimū dei vestigiū. Hec pro quarta Asclepi particula.

¶Caput V

f Ed o Asclepi: animaduerto vt celeri mentis cupiditate /festines audire/ quomodo homo celi vel eorū que in eo sunt delectū possit habere vel cultū. audi itaq́ꝫ o Asclepi: delectus dei celi cum ijs q̄ i sunt oibus/vna est obsequiorū frequētatio. hāc aliud animal non cōfecit/nec diuinorū/nec animaliū: nisi solus homo. hominum enī admiratiōibus/adorationibus/laudibus/obsequijs: celum/celestesq́ꝫ delectantur. nec imerito in hominū cetū musarū/chorus est a sūma diuinitate demissus: scilicet ne terren⁹ mūdus

videreť incultior/ ſi modulorũ dulcedĩe caruiſſet.ſed potius vt modulatis hoĩm cãtilenis:cõcelebrareť laudibus/qui ſolus oĩa aut pater eſt oĩm. atq3 ita celeſtibus laudibus:nec in terris harmonie ſuauitas defuiſſet.aliqui enĩ ipſiq3 pauciſſimi/pura mẽte ꝑditi:ſortiti ſũt celi ſuſpiciẽdi venerabiliorẽ curã. quicũq3 autẽ ex duplici nature ſue cõfuſione/interiorẽ itelligẽtiã. mole corporis reſciderũt:curãdis elemẽtis/hiſq3 inferioribus ſũt ꝓpoſiti.aĩal ergo hõ nõ quidẽ eo eſt minor/qđ ex ꝑte mortalis ſit:ſed ex eo forte apti⁹ efficatiuſq3 cõpoſit⁹/ad certã rationẽ mortalitate auct⁹ eſſe videať.ſcilicet quoniã vtrũq3 niſi ex vtraq3 natura ſuſtinere nõ potuiſſet:ex vtraq3 formatus eſt/vt et terrenum et diuinũ poſſet habere delectum.rationem vero tractatus iſtins o Aſclepi: non ſolum ſagaci intentiõe verũ etiã cupio te animi viuacitate ꝑcipere. eſt enĩ ratio plurimis incredibilis:integra autẽ et vera ꝑcipiẽda ſanctoribus mẽtibus.itaq3 hic exordiar.

q Vintum caput inſtruit:muſicã ſuauitatem/ad concinẽdas dei/celeſtiumq3 laudes/hominibus ĩdultã.quod et ꝓphetas diuino ſpiritu plenos / precipere cognoſcim⁹: cũ iubilare/cum pſallere deo/cum laudare dominum in tympano/in choro/in chordis/in organo precipiunt.hic enĩ muſarum totiuſq3 muſice optimus finis.Littera de ſe conſpicua.

Caput VI

e Ternitatis dñs/deus primus eſt: ſecundus eſt mũdus/hõ eſt tertius.effector mundi:deus/et eorũ que inſũt oĩm/ſimul cũcta gubernando/ cum ipſo hoĩe gubernatore cõpoſita.qđ eſt totũ ſuſcipiens homo: id eſt curam proprie effecit diligentie ſue / vt ſit ipſe et mundus/vterq3 ornamento ſibi. vt ex hac hominis diuina compoſitione: mũdus grece rectius κοσμοσ dictus videatur. Is nouit ſe: no=

uit et mundum:scilicet vt meminerit quid partibus conueniat suis. quibus sibi vtendum: quibus sibi inseruiendũ sit recognoscat. laudes gratesq; maximas agens deo: eius imaginem venerans/non ignarus se etiam secundam esse imaginem dei. cuius sunt imagines due: mundus scilicet et homo. vnde efficitur: vt quoniam est ipsius vna compago / parte qua ex anima/et sensu/et spiritu/atq; ratione/diuinus est/velut ex elementis supioribus ascendere posse videatur in celum. parte vero mũdana/que cõstat ex igne et aqua et aere mortalis restet in terra/vt nature sue omnia mundana vidua desertaq; dimittat. sic enim humanitas ex parte diuina/& ex parte mortalis est effecta/in corpore consistens. est autem mẽsura eius vtriusq;/id est hominis: ante omnes religio/quam sequitur bonitas. ea demum tunc videtur esse pfecta: si etiam cupiditatum omnium alienarum rerum/sit despectus virtute munita. sunt enim ab omnibus diuine cogitationis ptibus/aliena oĩa: quecũq; terrena corpali cupiditate possident. q̃ merito possessionũ nomine nũcupantur: quoniã nõ nata sunt nobiscum/sed postea a nobis possideri receperunt. omnia ergo huiusmodi ab homine aliena sunt: etiam corp9 vt et ea que apetimus/& illud ex quo appetẽtie nobis est vicium: despiciamus. vt enim animum rationis ducit intentio: homo hactenus esse debuit. vt cõtemplatiõe diuinitatis: partem (que sibi iuncta mortalis est/mundi interioris necessitate seruandi) despiciat/atq; contẽnat. nam vt homo ex vtraq; parte possit esse plenissimus: quaternis eũ vtriusq; partis elementis animaduerte esse formatum. manibus et pedibus vtrisq; binis/alijsq; corporis membris: quibus

inferiori (id est terreno) mundo deseruiat. illis vero partibus quatuor: sensus: animi/memorie/atq3 prouidētie. quarū ratione: cuncta diuina norit atq3 suspiciat. vnde efficitur vt rerum diuersitates/qualitates/effectus/quantitates: suspiciosa indagine homo sectetur. Retardatus vero graui et nimio corporis vicio: has nature rerum causas/que vere sunt/proprie peruidere non possit. hunc ergo sic effectum/conformatumq3 et tali ministerio obsequioq3 prepositum a sūmo deo/eumq3 competenter/mūde mundum seruādo/deum pie colendo/digne et cōpetenter in vtroq3 dei voluntati parentē: talem/quo munere credis esse munerandum (siquidem cum dei opera sit mūdus: eiusq3 pulchritudinē qui diligētia seruat atq3 auget/operamq3 suam cum dei voluntate coniungit/cum speciem quam ille intētione diuina formauit/adminiculo sui corporis/diurno opere curaq3 componit) nisi eo quo parentes nostri munerati sunt: quo etiā nos quoq3 munerari/si fuerit diuine pietati complacitum optamus pijssimis votis: vt emeritos atq3 exutos mundana custodia/nexibus mortalibus absolutos/nature superioris partis id est diuine/puros sanctosq3 restituat. ASCLE. Iuste et vere dicis o Trismegiste. hec enim merces: pie sub deo) diligenter cū mūdo viuentibus. secus en/iimpieq3 qui vixerint: & reditus denegatur in celum/et constituitur in corpora alia/indigna sācto animo et feda migratio. vt iste rationis sermo processit o Trismegiste: future eternitatis spe anime/in mundana vita periclitantur. sed alijs incredibile/alijs fabulosum: alijs forsitan videatur esse deridēdum. Res enim dulcis est: in hac corporali vita/qui capitur de possessionibus

fructus. quare animam obtorto (vt aiunt) detinet collo: vt in parte sui que mortalis est inhereat / nec sinit partem diuinitatis agnoscere / inuidens imortalitati malignitas. ego enī tibi quasi ꝑdiuinās dixero: nullum post nos habiturum delectum simplicē / qui est philosophie / que sola est in cognoscenda diuinitate frequens obtutus / et sancta religio. multi etenī eam multifaria ratione confundunt. Quomodo ergo multi īcomprehensibilem philosophiā afficiunt: aut quemadmodum multifaria ratione cōfundunt?
TRISME. o Asclepi: hoc modo. ī varias disciplinas nec comprehensibiles / eam callida cōmentatione miscētes / Arithmeticam / Musicā / Geometriam. Puram autem philosophiam eamqꝫ tantum diuina religiōe pendentē: tātum intendere in reliquas oportebit / vt apocatastases astrorum / stationes prefinitas / cursūqꝫ commutationis / numeris constare miretur. Terre vero dimensiones / qualiates / quantitates / maris profūda / ignis vim / et horum omnium effectus / naturā cognoscens: miretur / adoret / atqꝫ collaudet artem / mentemqꝫ diuinā. Musicen vero nosse: nihil aliud est / nisi cūctarum rerum ordinem scire / queqꝫ sit diuina ratio sortita. Ordo enim rerum singularum / in vnum omnium artifici ratione collatus: cōcentum quendā melo diuino dulcissonum / verissimumqꝫ conficiet.
ASCLE. Quid ergo homīes post nos erūt? TRISME. Sophistarū calliditate decepti: a vera / pura sanctaqꝫ philosophia auertentur. simplici enim mente & aīa: diuinitatē colere / eiusqꝫ facta venerari / agere etiā dei voluntati gratias (que est bonitatis sola plenissima) hec est nulla animi importuna curiositate / violata philosophia. et de his sit hucusqꝫ tractatum.

ſ Extum caput diſſerit: deum abſolute primũ eſſe deum. mundum: ſecundum/non abſolute ſed participatione deum/vt qui ſit prima abſoluti dei imago. hominẽ: tertium diuinitatis participatione deum/et ſecũdam dei imaginẽ. deus autem non imago: ſed imaginum omnium veritas. Hominem: anima/ſenſu/ſpiritu/ratione/tanq̃ ſuperioribus elementis/ poſſe in celum aſcendere. qua vero igne/aere/aqua/terra coalit⁹ eſt; mortis obnoxium/terre mũdana omnia/diuina illa parte viduata relinquere. Menſuram ad cuius modum viuere debet homo: religionem eſſe/quam ſequitur bonitas. et que perfecta tandem eſſe videtur: cũ cupiditates oĩm alienarũ rerũ virtute munita deſpicit/poſſeſſiões/corpus/et ea oĩa que appetimus/et ipſũ deniq; appetitionis ſenſum. homo enim hactenus eſſe diciq; debet (vt ſua fert ſententia) quatenus rationis intentio animum ducit. adeoq; vt diuinitatis contemplatione: eam partem/que mortalis eſt ſibi quidem mundi inferioris neceſſitate ſeruandi/adiũcta contemnat/atq; deſpiciat. de poſteris Egyptiјs diuinat Aſclepius: nullũ poſt eos futurum qui puram/et de cognoſcẽdo deo adipiſcatur philoſophiam. Mox Hermes redit: ad quid terre dimenſiones id eſt geometriam/qualitates/quãtitates/maris profunda/et ignis vim/horumq; omnium naturam/ id eſt vniuerſã de numeris/celeſtibus globis/rebuſq; naturalibus philoſophiã/ diſcere hominem oporteat. ſane vt admiretur/adoret/collaudet artem/mentemq; diuinam/horum omnium artificem. hanc enim puram eſſe philoſophiam: atq; tantum diuina religiõe pẽdentem: hanc muſicam/hunc concentum/noſſe cũctarum rerũ ordinem/quem queq; res/diuina ratiõe ſortita eſt/ atq; in vnum ad omnium artificem rationem collatum/cõcentum quendam diuino melo dulciſſimum veriſſimumq; efficere. et philoſophiã nulla animi importuna curioſitate viciatam: ſimplici mente et anima/diuinitatem colere/eiuſq; facta venerari/agere etiam dei volũtati gratias/ que eſt bonitatis ſola pleniſſima. Confirmatq; Aſclepiј vaticinium. Hec ſexta paritio.

Caput VII

d E ſpiritu vero et de his ſimilibus: hinc ſumatur exordium. fuit deus et hyle (quam grece credimus mundum) et mundo comitabatur ſpiritus: ſed non ſimiliter vt deo. nec deus ſunt hec: de quib⁹ mũdus eſt. iccirco non erant: quando nata nõ erãt.

ſed in eo iam tunc erant: vnde naſci habuerũt. Nõ enim ea ſola non nata dicuntur / que nec dum nata ſunt: ſed ea que carent fecunditate generãdi: ita vt ex eis nihil naſci poſſit. Quecunqꝫ ergo ſunt / quibus ineſt natura generãdi: hec et generabilia ſunt / que de his naſci poſſunt / tametſi ea ex ſe nata ſũt. neqꝫ enim dubitatur: ex ijs que ex ſe nata ſunt / facile naſci poſſe ea / de quibus cuncta naſcuntur. Deus ergo ſempiternus / deus eternus: nec naſci poteſt nec potuit. hic eſt / hic fuit / hic erit ſemper. hec ergo eſt: que ex ſe tota eſt / natura dei. Hyle autem vel mundi natura / et ſpiritus: q̃uis nata videantur a principio / tamen in ſe naſcendi procreãdiqꝫ vim poſſidẽt / atqꝫ naturam fecunditatis. etenim initium in qualitate nature eſt: que et conceptus / et partus in ſe poſſidet vim / atqꝫ naturam. hec itaqꝫ ſine alieno conceptu eſt: ſola generabilis. at vero ea que vim ſolã cõcipiendi habent: ex alterius commixtione nature / ita diſcernenda ſunt / vt hic locus mundi cum ijs que in ſe ſunt / videatur eſſe non natus. qui vtiqꝫ in ſe vim totius nature habet. locum autem dico: in quo ſunt omnia. neqꝫ enim hec omnia eſſe potuiſſent: ſi locus deeſſet / qui omnia ſuſtinere potuiſſet. omnibus eni rebus que fuerũt: precauendum eſt loco. nec qualitates eni / nec quãtitates / nec poſitiones / nec effectus dignoſci potuiſſent / earũ rerũ que nuſq̃ ſunt. ſic ergo et mũdus / q̃uis natus non ſit: in ſe tamẽ oim naturã habet vt pote qui omnibus ijs ad concipiendũ ſinus preſtat fecundiſſimos. hoc ergo eſt totũ qualitatis / materieqꝫ q̃ creabilis eſt: tametſi creata non eſt. ſicut eni natura / materia qualitatis fecunda eſt: ſic et malignitatis eadem eſt eque fecunda. Nec ego dixi o Aſ-

clepi & Amon(quod a multis dicitur)nõ poterat de=
us incidere/atq; auertere a rerum natura maliciam?
quibus respondendũ nihil omnino est. Vestri tamẽ
causa/& id prosequar/quod ceperam et rationẽ red
dam. dicunt enim ipsi deum debuisse: omnifariam
mundum a malicia liberasse. ita enim in mũdo est:
vt quasi membrũ ipsius videatur esse. prouisum cau
tumq; est(quantum rationabiliter potuisset) a sum=
mo deo: tunc cum sensu/disciplina/intelligentia/mẽ
tes hominum est munerare dignatus. his enĩ rebus
quibus ceteris antestamus animalibus: soli possum⁹/
malitie fraudes/dolos/viciaq; vitare. ea enim qui an
teq̃ iis implicitus est/ex aspectu vitarit: is homo est di
uina intelligentia prudentiaq; munitus. fundamen=
tum enĩ est discipline/in summa bonitate consistẽs.
spiritu autem ministrantur omnia & vegetantur in
mundo: et quasi organum vel machina summi dei/
voluntati subiectus est. itaq; hactenus intelligatur
a nobis mente sola intelligibilis summus: qui dici=
tur deus/rector/gubernatorq; sensibilis dei/eius qui
in se complectitur omnem locum/omnẽ rerum sub=
stantiam/totamq; gignẽtium/creantiumq; materiã/
et omne quicquid est q̃tumcũq; est. spiritu vero agi=
tantur siue gubernantur omnes in mundo species:
vnaqueq; secundum naturam suam a deo distribu=
tam sibi. Hyle autem vel mundus omnium est rece
ptaculum/omniumq; agitatio atq; frequẽtatio: quo=
rum deus gubernator/dispẽsans oĩbus rebus mũda=
nis/q̃tum vnicuiq; necessariũ est. spiritu vero implet
oĩa: vt cuiusq; nature/qualitas est. Est enĩ caua mũdi
rotũditas in modũ sphere: ipsa sibi qualitatis vel for
me sue causa. ĩuisibilis tota: quippe cum quencunq;

in ea ſummum ſubter deſpiciēdi cauſa delegeris locum/ex eo in imo quid ſit videre non poſſis.propter quod multis locis inſtar/qualitatemq; habere creditur/per formas enim ſolas ſpecierū/quarum imaginibus videtur inſculpta:quaſi viſibilis creditur/cū depicta monſtratur/re autem vera eſt ſibiipſi inuiſibilis ſemper. ex quo eius imum vel pars(ſi locus eſt)ī ſphera grece αΔησ dicitur. ſiquidem ειΔειρ grece videre dicitur:quo viſu imum ſphere careat. vnde et ειΔη dicuntur ſpecies:ꝙ ſint inuiſibilis forme. ab eo itaq; quod viſu priuātur:grece ades/ab eo qđ in imo ſphere ſunt/latine inferi nuncupantur. Hec ergo ſunt principia et antiquiora et quaſi initia vel capita omnium que ſunt:in his/aut per hec/aut de his. ASCLE. Omnia ergo ipſa (vt dicis) que ſunt o Triſmegiſte mundana(vt ita dixerim)ſpecierum omnium que inſunt/in vnicuiuſq; ſicuti eſt/tota ſubſtātia. TRISME. Mundus itaq; nutrit corpora:ſpiritus animas. ſenſus autem(quo dono celeſti ſola felix ſit humanitas)alit mentem. neq; enim omnes/ſed pauci quorum ita mens eſt vt tanti beneficij capax eſſe poſſit. vt enim ſole mundus:ita mens humana iſto clareſcit lumine/et eo amplius. Nam ſol quicquid illuminat/aliquando terre et lune interiectu/interueniente nocte:eius priuatur lumine. ſenſus autem cum ſemel fuerit anime commixtus humane:fit vna ex bene coaleſcente commixtione natura. ita vt nūq̄ eiuſmodi mentes caliginum impediantur erroribus. vnde iuſte/ſenſus deorum animas/eſſe dixerunt. ego vero nec eorum dico omnium:ſed magnorum quorumq; et principalium.

Aput ſeptimum continet de geneſi mundi/de Hvle/mũ
c dıq; materia / de ſpiritu comıtante/et de loco / velatam
philoſophiam. Omnia mũdana in mundo eſſe: mundũ
in deo. continens: locum appellat. proinde/locum mundi natũ
eſſe non vult: mundum autem natum eſſe/et non natum. natũ
quidem: ſi creaturarũ opificium reſpicis. at non natum: ſi opifi
cij reſpicis veritatem. Hyle enim et ſpiritus / mundus ſcilicet et
vis quedam diuina per omnia meãs atq; diffuſa: in mundi opi=
ficio nõ erant quando nata non erant. ſed in eo (inqnit) iam tũc
erant: vnde naſci debuerunt. ſed in quo nam erant: niſi in diui
no illo verbo/per quod omnia facta ſunt? et in quo: et quod fa
ctum eſt/vita erat/& vnde tandem factum prodijt quidquid eſt
factum. Hylen fecũdam eſſe eque qualitatis que rationem boni
habet/et eque fecundam malicie: q; boni/m aliq; eque ſit capax.
ceu terra eadem / ſalutarium et noxiarium herbarum fecu nda
eſt/idq; habet terta/tanq̃ ꝓprietatis ſue mẽbrũ ſic & Hyle. Atta
men deum in hominibus ꝓuidiſſe (quãtum rationabiliter opor
tuit) ſenſum/diſciplinã/intelligentiã/aduerſus huiuſmodi mate
terialẽ ꝓprietatẽ: ne malitia noſtrã hylen occuparet/ ceu noxia
q̃dã herba deſertã/neglectã/ĩcultãq; terram. ĩſuper de ſpiritu in
omnia diffuſo/de inferis/ de ſenſu / quj eſt ſuperiorum mẽtium
in humanas mentes illapſio/ceu radiorum lucis in oculos/pau
cula quedã diſceptat. hec ſeptima particula.

Caput VIII

a SCLE. Quos dicis rerũ capita vel initia pri=
mordiorum o Triſmegiſte? TRISME. Ma
gna tibi pando: & diuina nudo myſteria. cuius rei
initium facio: exoptato fauore celeſti. Deorum gene
ra multa ſunt: eorumq; omnium pars intelligibilis/
alia vero ſenſibilis pars. intelligibiles dicuntur/non
ideo quod putentur non ſubiacere ſenſibus noſtris
(magis enim ſentimus eos: q̃ eos quos viſibiles nun=
cupamus) ſicuti diſputatio perdocebit: et tu ſi inten=
das poteris peruidere. ſublimis enim ꝓratio/eoq; diui
nior vltra hominum mentes/intentioneſq; conſiſtẽs:
ſi non attentiore aurium obſequio/verba loquẽtium
acceperis/tranſuolabit et tranſfluet/aut magis reflu

G E N T I L I T I A

Iupiter. Lumen. Horoſcopij. Pātomorphos.

et/ſuiqꝫ fontis liquoribus miſcebit ſe/ſunt ergo omnium ſpecierum principes dij:hos ſequuntur dij quorum eſt princeps ουσια.hi ſenſibiles vtriuſqꝫ originis ſue conſimiles:qui per ſenſibilem naturam conficiūt omnia.altera per alterum vnuſquiſqꝫ opus ſuum illuminans.celi/vel quicquid eſt quod eo nomine cōprehēditur:ουσιαρχησ eſt iupiter.per celum enim:iupiter omibus prebet vitam.ſolis ουσιαρχησ eſt lumē. Bonum enim luminis:per orbem ſolis nobis infūditur.xxxvi(quorum vocabulum eſt Horoſcopij)in eodem loco ſemper defixorum ſiderū:horū ουσιαρχησ vel princeps eſt/quem Pantomorphon vel Omniformem vocant.qui diuerſis ſpeciebus:diuerſas formas facit.ſeptem ſphere que vocantur erratice habent ουσιαρχασ id eſt ſuos pricipes:quam fortunā dicūt/ &ειμαρμερηρ/quibus immutantur omnia/lege nature ſtabilitate firmiſſima/et ſempiterna agitatione variata.aer vero organum eſt/vel machina omnium: per quam omnia fiunt.eſt autē vſiarches huius ſecundus.mortalibus mortalia:& his ſimilia. His ergo ita ſe habentibus ab imo ad ſummum ſe mouētibus:ſic ſibi cōnexa ſunt omnia pertinētia ad ſe naturaliter/vt mortalibus mortalia/ſenſibiliaqꝫ ſenſibilibus annexa ſint:ſumma vero gubernationis/ſummo illi domino paret/vt non multa/aut potius vnū. ex vno etenim cuncta pendentia/ex eo potius defluentia:cum diſtantia videntur/creduntur eſſe plurima diuiſim.adunata vero vnū vel potius duo:vnde fiūt oīa/et a quo fiūt.id eſt de materia de qua fiūt: et ex eius volūtate/cuius nutu efficiuntur alia. ASCLE.Hec iterum ratio que eſt o Triſmegiſte. TRISME.Talis o Aſclepi.Deus!etenī vel pater/vel domi=

nus oim/vel quocũq alio nomine ab homibus san-
ctius et religiosus nũcupetur/quod inter nos/ itelle
ctus nostri causa/debet esse sacratũ:tanti eius numi
nis contemplatiõe/nullo ex ijs noibus eũ definite nũ
cupauimus.si eni vox hec est ex aere spiritu ꝑcusso so
nus/declarans omnem hominis voluntatẽ vel sensũ/
quẽ forte ex sensibus mẽte perceperit/cuius nominis
tota substãtia paucis cõposita syllabis / definita atq
circũscripta est/vt esset in homĩe necessariũ vocis au-
riumq cõmertiũ/simul et sensus/et spiritus/& aeris/&
oim in his/et per hec:an cũ his nomẽ est totũ dei:nõ
enĩ spero:totius maiestatis effectorẽ/omniũq rerum
patrẽ vel dominũ/vno posse quis e multis composito
nomine nuncupari.hũc vero vno noie vel potius om
ninomine(siquidẽ is sit vnus & omnia sit)necesse aut
omnia esse eius nomen/aut ipsum omnium nomini-
bus nuncupari. hic ergo solus vt omnia: vtriusq se-
xus fecunditate plenissimus / semper voluntate sua
pregnans/parit quicquid voluerit procreare. Volũ-
tas eius est bonitas ois.hec eadem bonitas omnium
rerum est.ex diuinitate eius:natura nata/vt sint om
nia sicut sunt/& fuerũt/& futuris omnibus de hinc
natura ex se nascendi sufficiat.hec ergo ratio o As
clepi tibi sit reddita:quare/et quomodo fiant omia
vtriusq sexus.ASCLE.Ergo deum dicis o Trisme-
giste.TRISME.Non solũ deum o Asclepi:sed ani-
malia omnia/et inanimalia.impossibile enim est ali
quid eorum que sunt:infecundum esse. fecunditate
enim dempta ex omnibus que sunt:impossibile erit
semper esse que sunt.Ego enim et naturam/et sen-
sum/& mundũ dico in se continere hanc naturam:
& nata omnia in se conseruare.procreatione enim

vterq; plenus est sexus/et eius vtriusq; connexio aut (quod est verius) vnitas incomprehensibilis est. quā siue cupidinem/siue venerem/siue vtrūq; poteris recte nūcupare. hoc ergo oī vero verius/manifestiusq; mēte percepto: quod ex omni illo loco totius nature deo/hoc sit cūctis ineternum procreandi inuentū tributūq; ministeriū. cui summa charitas/letitia/hilaritas/& cupiditas/amorq; diuinus/īnatus est. & dicendum foret quanta sit eius ministerij vis/atq; necessitas: nisi ex sui contemplatione vnicuiq; ex intimo sensu nota esse potuisset. si enim illud extremum tēporis/quo ex cerebro ad ritū peruenimus/vt vtraq; in vtramq; fundat natura progeniem: animaduertis vt altera alteirus auide rapiat semē/interiusq; recondat. deniq; eo tempore ex commixtione cōmuni/virtutem marium etiam femine adipiscuntur: et mares femineo corpore latescunt. Effectus itaq; huius tam blandi/necessarijq; ministerij in occulto perpetratur: ne vulgo irridentibus imperitis/vtriusq; nature diuinitas ex cōmixtione sexus cogatur erubescere. multo magis etiam: si visibus irreligiosorū hominum subijciatur. sunt autem nō multi aut admodum pauci: ita vt numerari etiam in mūdo possint religiosi. vnde contigit in multis remanere malitiā: defectu prudentie/sciētieq; rerum omniū que sunt. ex intellectu enim religiōis diuine/qua cōstituta sūt omnia: comtemptus medelaq; nascitur vitiorū toti' mundi. perseuerāte autem imperitia atq; inscitia: vitia omnia conualescunt/vulnerantq; animam insanabilibus vicijs. que infecta ijsdem/atq; viciata/quasi venenis intumescit: nisi eorum quorum animarū disciplina & intellectus/summa curatio est. si ergo

ſolis et paucis hoc proderit:dignum eſt hunc proſe
qui atqꝫ expedire tractatum.quare ſcilicet ſolis ho=
minibus intelligentiam/ et diſciplinam ſuam/diuini
tas ſit ĩpartiri dignata:audi itaqꝫ.deus pater et dñs/
cũ poſt deos hoĩes efficeret ex parte corruptiore mũ
di & ex diuina/pari lance componderans: contigit
vicia mũdi corporibus commixta remanere/ & alia
propter cibos / victumqꝫ quem neceſſario habemus
cum omnibus animalibus communem. quibus de
rebus neceſſe eſt cupiditatũ deſideria/et reliqua mẽ
tis vicia: animis humanis incidere. dijs vero vtpote
ex parte mundiſſima nature effectis/ et nullis indi=
gentibus rationis/diſciplineqꝫ adminiculis(q̃uis im=
mortalitas / et vnius ſemper etatis vigor ipſe ſit eis
prudentia & diſciplina) tamen propter rationis vni
tatem / pro diſciplina et intellectu ne ab his eſſent
alieni/ordinem neceſſitatis lege conſcriptum/eterna
lege conſtituit. hominem ex animalibus cunctis de
ſola ratione diſciplinaqꝫ agnoſcens:per que vicia cor
porum/homĩes auertere atqꝫ abalienare potuiſſent:
ipſos ad intentionem/ ſpemqꝫ immortalitatis preten
dit.deniqꝫ et bonum hominem qui poſſet immorta
lis eſſe:ex vtraqꝫ natura compoſuit diuĩa atqꝫ mor=
tali.et ſic compoſitum per voluntatem dei hominẽ /
etiam cõſtitutum eſt eſſe meliorem dijs:qui ſunt ex
ſola immortali natura formati / et omnibꝰ mortali=
bus. propter quod hõ dijs cognatione coniunctus:
ipſos religione/et ſancta mente veneratur.dijqꝫ etiã
pio affectu:hũana oĩa reſpiciunt/atqꝫ cuſtodiũt.ſed
de hoĩbus paucis iſtud dictũ eſt/pia mente preditis.
de vicioſis vero nihil dicendum eſt: ne ſanctiſſimus
ſermo/eorum contemplatione violetur.

e Aput octauum heccomplectitur de vsiarchis substantialibusq; pricipibus: quos deos appellat. celi vsiarchā appellat Iouem. vsiarcham solis: lumē. triginta sex ponit horoscopios id est horarū speculatores/siderū semper in eodem loco defixorum: horum autem principem Pātomorphon id est omniformem. septem spherarum erraticarū principes: ponit fortunam et fatum. ponit et aeris vsiarcham. sed hec demonum figmenta esse videntur: et vana quedam inuolucra ad gētilitios errores pertrahētia / et que in his diutius immorātes va nescere cogunt potius/q̄ perficiunt. Hinc ad summi dei redit cōtemplationem/ineffabilis et innominabilis/aut qui omniū nominatur nominibus/fecunditate plenissimi: a quo omnia id habent/vt nihil esse possit infecundum. hinc amor ille procreādi et ingēs nature studiū: nihil prorsus fedum/ nihil dedecorū in se habens/dū religiose cogitetur/et de eo talis habeatur sermo/ tracteturq; non minus religiose. est enim id indultum: ad diuine fecunditatis emulationem. verum quia maxima pars hominum mysteria ignorat: diuinas leges prophanat/et beluarū more/insane/irreuerēter/et quasi furibundi et amentes illa tractāt. idcirco de talibus nunc vix/aut cogitari aut loqui pre verecundia quicq̄ audendū: quod inordinata illa/et hominum ille erga venerabūdam dei ordinationē irreuerentie/ se se sensibus cogitatibusq; ingerunt / non autem illa pulchra/sancta/ incontaminataq; dei ordinatio. et quia paucis concessum est/puros habere sensus: censeo paucis de talibus cogitādum esse atq; loquendū. Mox subiungit: deum solis hominibus intelligentiam/disciplinamq; esse impartitum: quo vicia/particula eius immortalis et diuina deuitare posset. que alioqui admixtione corporee molis incurreret facile. nam ratiōe corporis et dissolubilis particule: necesse est hominū animis/cupiditatum desideria/ et reliqua mentis vicia incidere. hec octaua particula.

Caput VIIII

Deidololatria.

e T quoniam de cognatione & cōsortio hoim/ deorumq;/sermo nobis indicitur: potestatem hominis o Asclepi/vimq; cognosce. dominus et pater vel (quod est summum) deus/ vt effector est deorum celestium: ita homo effector est deorū/ qui in templis sunt/humana proximitate cōtenti. & nō

Lapsus mercurij.

ſolum illuminãtur:verum etiam illuminant.nec ſo=
lum ad eum proficit : verumetiam confirmat deos.
Miraris o Aſclepi : an nunquid diffidis vt multi?
ASCLE.Cõfundor o Triſmegiſte:ſed tuis verbis li
benter aſſenſus/feliciſſimũ hominem iudico/qui ſit
tantam felicitatem conſecutus.TRISME.Nec ĩme
rito miraculo dignus eſt:qui maximus eſt omnium
deorum. Genus enim omnium ſine confuſione ma
nifeſtum eſt de mundiſſima parte nature propaga=
tum.ſignaq; eorum:ſola pro omnibus eſſe quaſi ca
pita.ſpecies vero deorum/quas conformat humani=
tas:ex natura vtraq; conformata eſt. ex diuina que
eſt prior/multoq; diuinior: et ex ea que intra homi
nes eſt/id eſt ex materia qua fuerũt fabricate.& nõ
ſolum capitibus ſolis : ſed membris omnibus/totoq;
corpore cõfigurant. Ita humanitas/memor nature
& originis ſue:in illa diuinitatis imitatione perſeue=
at.vt ſicuti pater ac dominus/vt ſibi ſimiles eſſent/de
os fecit eternos:ita humanitas/deos ſuos ex ſui vul=
tus ſimilitudine figuraret. ASCLE. Statuas dicis
o Triſmegiſte? TRISME. Statuas: o Aſclepi.vides
ne:quatenus tu ipſe diffidas.ſtatuas animatas/ſenſu
et ſpiritu plenas/tanta et talia facientes. ſtatuas fu=
turorum p̄ſcias/eaſq; forte vates omnes ſõnijs mul=
tiſq; alijs rebus predicentes/ mbecillitates homini=
bus facientes/eaſq; curantes/triſticiamq; pro meritis.
An ignoras o Aſclepi: quod egyptꝰ imago ſit celi/
aut quod eſt verius/trãſlatio & deſcenſio oim q̃ gu=
bernant atq; exercẽtur ĩ celo?et ſi dicẽdũ eſt verius:
terra nr̃a totiꝰ mũdi eſt tẽplũ.et tamẽ quoniã p̄ſcire
cũcta prudẽtes decet:iſtud vos ignorare fas nõ eſt.
futurũ tẽpꝰ eſt:cũ appareat egyptios ĩ caſſũ pia mẽte

LAPSVS HERMETIS.

diuinitatem ſedula religione ſeruaſſe. et omnis eorū ſancta veneratio: in irritum caſura fruſtrabitur. e terris enim: ad celum eſt recurſura diuinitas. linquetur egyptus: terraqꝫ (que fuit diuinitatis ſedes) religione viduata / numinum preſentia deſtituetur. alienigenis enim regionem iſtam / terramqꝫ complentibus / nō ſolum neglectus religionum: ſed (quod eſt durius) quaſi de legibus / a religione / pietate / cultuqꝫ diuino ſtatuetur. proſcripta pena: prohibitio erit. tūc terra iſta / ſāctiſſima ſedes delubrorū / atqꝫ templorū: ſepulchrorum erit / mortuorūqꝫ pleniſſima. O egypte / egypte: religionum tuarum ſole ſupererunt fabule / et eque incredibiles poſteris ſuis / ſolaqꝫ ſupererunt verba lapidibus īſciſa / tua pia facta narrātibus. & inhabitabit egyptum ſcithes aut indus / aut aliquis talis / id eſt vicinia barbara. diuinitas enim repetet celum: deſerti hoīes toti moriētur / atqꝫ ita egyptus deo et homine viduata deſeret. Te vero appello ſāctiſſimū flumen / tibiqꝫ futura predico. torrēti ſāguine plen⁹: ad ripas vſqꝫ erūpes. vndeqꝫ diuine nō ſolū proluentur ſāguine: ſed tote rūpentur. & viuis: multo maior erit nūerus ſepultorū. ſupſtes vero qui fuerit: līgua ſola cognoſcet egyptijs / actibus vero videbitur alienis. quid fleso Aſclepi? & his āplius / multoqꝫ deteri⁹ / ipſa egyptus ſuadebit / imbueturqꝫ maiorib⁹ malis: que ſancta quōdā & diuinitatis amātiſſima deorū in terra / religīōis ſue merito: ſola ſeductio ſāctitatis. et pietatis magiſtra: erit maxīe crudelitatis exemplū. et tunc tedio hoīm: non admirādus videbitur mūdus / neqꝫ adorādus. hoc totū bonū quo melius nec eſt / nec fuit / nec erit / quod videri poſſit: periclitabit / eritqꝫ graue hoīb⁹ ac per hoc cōtēnet: nec diliget totus hic mūd⁹ dei op⁹

imutabile/ gloriosa constructio / bonum multiformi imaginum varietate compositum/machina voluntatis dei/in suo opere sine inuidia suffragantis in vnū omnia que venerari laudari amari deniqȝ a videntibus possunt/ multiformis adunata cōgestio. Nam et tenebre preponentur lumini: & mors vita vtilior iudicabitur. nemo suspiciet celum: religiosus pro insano/irreligiosus putabitur prudens/furiosus fortis/ pro bono habebitur pessim⁹. anima enim et omnia circum eam quibus aut mortalis nata est/ aut imortalitatem se cōsecuturam esse presumit (secundū qđ vobis exposui)non solum risus/ sed etiam putabitur vanitas. sed mihi credite: etiam periculum capitale cōstituetur in eum / qui se mentis religioni dederit. noua constituentur iura: lex noua. nihil sanctum/ nihil religiosum: nec celo nec celestibus dignum audietur/aut mēte credetur. fit deorum ab hominibus dolenda secessio: soli nocentes angeli remanent. qui humanitati commixti: ad omnia audacie mala miseros(manu iniecta)compellēt in bella/in rapinas/in fraudes/& in omnia que sunt animarum nature cōtraria. tunc nec terra constabit: nec nauigabitur mare. nec celum astrorum cursibus: nec siderum cursus constabit in celo. omnis vox diuina: necessaria taciturnitate mutescet. fructus terre corrumpentur: nec fecūda erit tellus. et aer ipse: mesto torpore languescet. hec et talis senectus veniet: mūdi irreligio/& inordinatio / et irrationabilitas bonorū omnium cum hec cuncta contigerint o Asclepi: tunc ille dominus et pater deus primipotēs et vnius gubernator mūdi/ intuēs in mores factaqȝ volūtaria: volūtate sua (que est dei benignitas(vicijs resistens/& corruptele om=

nium errorem reuocans/ malignitatem omnem vel alluuione diluens/vel igne consumens/vel morbis pestilentibus vbiq3 per diuersa loca dispersis: finiẽs ad antiquam faciem mundum reuocabit.vt et mũdus ipse adorãdus videatᷣ atq3 mirãdus:& tãti operis effector & restitutor deus/ab oĩbus qui tunc erũt frequentibus laudum preconijs/benedictiõibusq3 celebretur.hec enim mundi genitura/cunctarũ reformatio rerũ bonarũ:& nature ipsius sanctissima & religiosissima restitutio/pacto tẽporis cursu/que est & fuit sine initio sẽpiterna.volũtas eteñ dei caret iitio: que eadem est & vbiq3 est sempiterna. ASCLE. dei enim natura consilium est voluntatis:bonitas summa/consilium o Trismegiste. TRISME. o Asclepi: voluntas consilio nascitur/& ipsum velle est ex voluntate.neq3 enim impense aliquid vult/qui est omnium plenissimus:et ea que vult habet. vult autem omnia bona:et habet omnia que vult.omnia autem bona/& cogitat et vult.hoc est autem deus:eius boni imago mundus. ASCLE. Bonus o Trismegiste. TRISME. Bonus o Asclepi:vt ego te docebo.sicuti enim deus omnibus speciebus vel generibus que in mundo sunt distributor/dispensatorq3 est bonorum/id est sensus anime et vite: sic et mundus prestitor est et tributor omnium/que mortalibus videtur bona/id est alternationis partium/temporalium fructuum/natiuitatis/augmentorum/et maturitatis/ & horum similiũ.ac per hoc deus supra verticẽ summi celi consistens: vbiq3 est/omniaq3 circumspicit. sic est enim vltra celum locus sine stellis/ ab omnib⁹ rebus corpulentis alienus.dispensator(qui est iter celum et terram)locũ obtinet:quem Iouem vocamus.

terre vero et mari: dominatur iupiter plutonius. et hic nutritor est animantium mortalium/ & fructiferarum. horum omnium viribus: fructus/ arbusta/ et terra vegetantur. aliorum vero vires & effectus: per omnia que sunt distribuuntur. Distribuentur vero qui terre dominētur: et collocabuntur in ciuitate in summo initio egypti/ que a parte solis occidentis condetur. ad quā terra/ mariq; festinabit omne mortale genus. ASCLE. Modo tamen hoc in tempore: vbi isti sunt o Trismegiste? TRISME. Collocati sunt in maxima ciuitate in mōte libyco: & hec eousq; narrata sint.

c Aput nonum hoc vniuersum/ prophanum est: quod et recte coarguit Augustin⁹ ī libro de ciuitate dei. idololatriam probat/ miris laudibus effert/ predicat. casū eius deplorat. deum quedā supra celi verticem ponit cuncta circūspicientem: intra vero eum locum/ qui celo et terra continetur: Iouem ponit dispensatorem. plutonicum autem iouem: terre marisq; dispensatorem. quasi alius deus sit in celo/ alius in aere/ alius in terra atq; mari: que vniuersa ingentem continēt errorum impietatē. nam ex diuinis eloquijs/ caste/ pure/ et sancte sumus edocti. q̄ dominus ipse est deus/ in celo sursum/ et in terra deorsum: et q̄ nō sit alius. aduersus vero idola/ et idolorum latriam sapientia/ et diuiniloqui prophete/ nos caute premuniunt: ne tāta impietatis macula inquinemur/ ne tanto fedemur errore. nā idolum ipsum quidem maledictum est: et qui fecit illud. et rursus. Infandorum idolorum cultura: omnis mali causa est/ et initium et finis. similiq; modo/ odio sunt deo: impius et impietas eius. nam quod factu est: cum illo qui fecit/ tormenta patiētur. hec et pleraq; alia de idolis/ et idololatria ex sapientia.

Augustin⁹ Libro octauo capite 23.

Deuterono mij. 4.

Et in leuitico: deus ipse ex se precipit. ego dominus deus vester: non facietis vobis idolum/ et sculptile/ nec titulos erigetis/ nec insignem lapidem ponetis in terra vestra: vt adoretis eū. Et de idolis egypti: precipit in Ezechiele. in idolis egypti: nolite polui. ego dominus deus vester. Et de cessatione: per eundē dicit. disperdam simulacra/ et cessare faciā idola de Memphi: et dux nō erit amplius de terra Egypti. quas autē Mercurius dicit ido=

Leuitici 16.

Ezechielis 20

Ezechielis 30

lorum statuarū animas/sensumq; et spiritū imbecillitates hoībus facientes/easq; curantes:malos proculdubio cognoscimus esse spiritus/et indubitata fide eos esse:de quibus propheta ore veridico dicit.omnes dij gentiū:demonia.Hec pauca aduersus Mercurij et huius none particule impuritatē satis sint.nā ad eos habemus sermonē:qui veri dei cognitione sunt imbuti.quē (vt sapiens dicit) nosse consumata iusticia est:et eius iusticiā/et virtutem scire/radix īmortalitatis.Lazarelus hūc locum ad Analogiam trahit quasi idola apostoli sint.fictor homo.Christus/virtus desuper indita.spiritus sancti.Egyptus tenebre gentium/& persecutio discipulorū/apostolorum/& martyrum. lapides īscripti pia facta narrātes:posteritatis corda/nō opera sed sola verba fidei retinentia.hec excogitata pie:sed ad litterā forte violenta. lapsum Hermetis.cum Augustino/& in hoc & in tertiodecimo capite sentio.Id enī gentiū vates (vt Balaam/vt sybille) vidētur habere:vt lucent patiantur & tenebras/& lucida et opaca vaticiniorum interualla/puraq; īterdum & nonnunq̄ impura. Hec pro capite nono.

Sapiētie. 14.

¶Caput X

dE immortali vero & mortali/modo differēdum est.multos enī spes/timorq; mortis/vere ratiōis ignaros/excruciat.mors enim efficitur:dissolutione corporis labore defessi/& numeri completi quo corporis membra in vnam machinam ad vsus vitales aptantur.moritur enī corpus:quando hois vitalia/ferre posse destiterit.hec ergo est mors:corporis dissolutio/et corporalis sensus interitus.de qua sollicitudo sup̱uacua est.Sed et alia necessaria:quā aut ignorantia aut incredulitas contēnit humana. ASCLE. Quid est o Trismegiste:quod aut ignorant/aut esse posse diffidunt. TRISME. Audi ergo o Asclepi:cū fuerit anime a corpore facta discessio/tunc arbitriū examenq; meriti eius transiliet in sūmi demonis potestatem.isq; eam (cum piam iustāq; preuiderit) in sui competētibus locis/manere permit

Anima post obitum.

tet. Sinautem delictorū illitā maculis/viciisq obli-
tam viderit:desuper ad ima deturbans/procellis tur
binibusq aeris/ignis et aque sepe discordātibus tra
det.atq inter celum et terram:mundanis fluctibus/
in diuersa semper eternis penis agitata/raptabitur.
vt in hoc obsit anime eternitas:quod sit immortali
sententia/eterno iudicio subiugata.Ergo ne his im-
plicemur verendū/timendū/cauendumq esse cogno
gnosce.incredibiles enim:post delicta cogentur cre
dere/nō verbis sed exemplis/nec minis sed ipsa pas-
sione penarum.ASCLE.Non ergo Trismegiste:ho
minum delicta/sola humana lege puniūtur.TRIS
ME.Primo enim o Asclepi:terrena omnia que sūt/
mortalia sunt.tunc ea etiam que sunt ratione cor-
porali viuentia/& a viuendo eadem corporali lege
deficiētia:ea omnia pro vite meritis aut delictis/pe
nis obnoxia/tanto post mortem seuioribus subiiciū
tur/quanto multa forsitan fuerint zelata dum viue-
rent.prescia enim rerum omniū diuinitate:redden-
tur/perinde(vt sunt)pro delictorum qualitatibus pe
ne.ASCLE.Qui sūt digni maioribus penis:o Tris
megiste?TRISME.Qui damnati humanis legibus
vitam violēter amittunt:vt non nature animam de-
bitam/sed penam pro meritis redidisse videantur.
contra iusto homini/in dei religione/& in sūma pie-
tate presidium est.Deus enim tales:ab omnibus tu-
tatur malis.pater enim omīum et dominus qui so-
lus est omnia:omnibus se libenter ostendit.Non vbi
sit loco/nec qualis sit qualitate/nec quantus quan-
titate:sed hominem sola intelligentia mentis/illumi
nans.qui(discussis ab animo errorum tenebris/et ve
ritatis claritate precepta:toto se sensu intelligentie

diuine cõmiſcet/cuius amore/a pte nature qua mor
talis eſt liberatus: imortalitatis future cõcipit fidu=
ciam. hoc ergo inter bonos maloſq; diſtabit. vnuſ=
quiſq; enim: pietate/religione/ prudentia/cultu/& ve
neratione dei clareſcit/quaſi oculus vera ratione p
ſpecta. & fiducia credulitatis ſue intantum inter ho
mines preſtat: quãtum ſol ceteris aſtris lumine ſuo
antiſtat. ipſe enim ſol: non tam magnitudine numi
nis q̃ diuinitate & ſanctitate/ceteras ſtellas illumi=
nat. ſecundum enim deum hunc crede o Aſclepi: ce
tera omnia gubernantem/omniaq; mundana illu=
ſtrantem animalia/ſiue animantia/ſiue inaminãtia.
Si enim animal mundus viuenſq; ſemper/et fuit/et
eſt/& erit: nihil in mũdo mortale eſt. viuentis etenĩ
ſemper/vnuſcuiuſq; partis que eſt in ipſo mundo ſi
cuti in vno codemq; animali ſemper viuente: nullus
eſt mortalitatis locus. ergo vite/eterintatiſq;/ipſe eſ=
ſe debet pleniſſimus: ſi ſemper eum neceſſe eſt viue
re. Sol ergo (ſicuti mundus) ſempiternus eſt: ſic & ip
ſe ſemper gubernator vitalium/vel totius viuacita=
tis/eorumq; frequentator/& diſpenſator eſt. Deus er
go viuentium vel vitalium/que ſunt in mundo: ſem
piternus gubernator eſt/ipſiuſq; vite diſpẽſator eter
nus. ſemel autem diſpenſauit eterna lege cunctis vi
talibus vitam preſtans/hoc more quo dicam. In
ipſa enim viuacitate eternitatis: mundus agitatur.
et in ipſa vitali eternitate: locus eſt mundi. propter
quod: nec ſtabit aliquãdo/nec corrumpetur aliquã=
do/ſempiternitate viuendi circumuallatus/et quaſi
conſtrictus ipſe mundus. Eſt igitur diſpenſator vi=
te: omnibus que in ſe ſunt. et eſt locus omnium: que
ſub ſole gubernantur. cuius mundi commotio: ex

duplici conſtat effectu. viuificatur enim ipſe extrin-
ſecus ab ab eternitate: viuificatq; ea que itra ſe ſunt
omnia/differēs numeris et temporibus ſtanitis atq; prefixis. cūcta per ſolis effectum/ſtellarumq; diſ-
curſum. omnia temporalia/ratione/diuinaq; lege
conſcripta. terrenum autem tempus aeris qualitate
eſtuum/frigoriſq; varietate dignoſcitur: celeſte vero
reuerſionibus ſiderum ad eadem loca/temporali cō
uerſione recurrentiū. et mundus eſt receptaculum
temporis: cuius curſu et agitatione vegetatur. tem
pus autem ordine ſeruatur. ordo et tempus inno-
uationem omnium rerum/que in mundo ſunt: per
alternationem faciunt.

d Ecimum de morte. de examine anime: cum corp9 ex
ceſſerit. q magis puniantur poſt mortem: quibus iuſte
legibus humanis/pre ſcelerū magnitudie/vita adēpta
eſt. q iuſtis: deus ſit preſidio. de ſolis/et mundi diuinitate. po-
nit mūdum primum ſenſibilem deum: ſolem ſecundum. mun-
dum nunq̄ quieturum/nunq̄ corruptum iri. nos autem nomē
dei incōmunicabile; neq; ſoli neq; mundo tribuimus. mundūq;
credimus aliquādo ſoluendū. intellecta igitur hec (vt ſimplici-
ter ſonant) hermetis dicta: errorem gentilium pre ſe ferūt. parti
cipatione tamen illis ceu excellentibus operibus dei: diuinita-
tem tribuimus. hec particio decima.

Caput XI

c Vnctis ergo ita ſe habentibus nihil ſtabile/
nihil fixum/nihil immobile/nec naſcentium/
nec celeſtium/nec terrenorum. ſolus enim de
us/et merito ſolus: in ſe/et a ſe/et circum ſe totus eſt
plenus atq; pfectus. iſq; ſua firma ſtabilitas eſt: nec
alicuius impulſu/nec loco moueri poteſt/cum in eo
ſint omnia. et in omnibus ipſe eſt ſolus. niſi aliquis
audeat dicere: ſui cōmotionem in eternitate eſſe. ſed
magis etiam et ipſa immobilis eternitas; in quam

omniū temporū agitatio remeat/et ex qua omnium temporū agitatio ſumit exordium. deus igitur ſtabilis fuit: ſemperqꝫ cum eo ſimiliter eternitas conſti tit/mūdum non natum quem (recte ſenſibilem dici mus)intra ſe habēs/huius dei imago. hinc mundus effectus eſt eternitatis imitator(habet autem temp9 ſtabilitatis ſue vim/atqꝫ naturam(q̄uis ſemper agitet)ea ipſa in ſe reuertendi neceſſitate. itaqꝫ q̄uis ſit eternitas ſtabilis/immobilis atqꝫ fixa: tamen quoniā mobilitate temporis/ in eternitatem ſemper reuocatur agitatio/eaqꝫ mobilitas ratione temporis vertit/ efficitur vt et ipa'eternitas imobilis quidem/ ſola per tempus in quo ipſa eſt / et eſt in eo omnis agitatio / videatur agitari. ſic efficitur vt et eternitatis ſtabili tas moueatur: et temporis mobilitas ſtabilis fiat fixa lege currendi. ſic et deum agitari credibile eſt: in ſe ipſum eadem immobilitate. ſtabilitatis enim ipſi9 in magnitudie eſt immobilis agitatio. ipſius enim magnitudinis immobilis lex eſt. Hoc ergo quod eſt tale/quod non ſubijcitur ſenſibus: infinitum/incompre henſibile ineſtimabile eſt. nec ſuſtineri/nec ferri nec indagari poteſt. vnde enim / et quo/ et vbi/aut quomodo/aut quale ſit: incertū eſt. fertur enim in ſumma ſtabilitate: & in ipſo ſtabilitas ſua/ ſeu deus ſeu eternitas/ ſeu vterqꝫ/ſeu alter in altero/ſiue vterqꝫ in vtroqꝫ ſint. propter quod eternitas: ſine diffinitione eſt temporis. tēpus autem quod diffiniri poteſt/vel numero vel alternatione/vel ꝑ alterius ambitudinē rediens: eternum eſt. vtrumqꝫ ergo infinitum: vtrūqꝫ videtur eternum ſtabilitas enim vt pote defixa: ꝙ ſuſtinere que agitabilia ſunt poſſit/ beneficio firmitatis merito obtinet principatum. omnium enim que

ſunt:primordia deus eſt et eternitas.mundus autem qꝛ ſit mobilis:non habet principatū.preuenit enī: mobilitas eius ſtabilitatē ſuam in lege agitationis ſempiterne:habendo immobilem firmitatem. Omnis ergo ſenſus diuinitatis/ſimilis/immobilis:ipſe in ſtabilitate ſua ſe cōmouet.ſanctus/& incorruptus/ & ſempiternus eſt:et ſi quid melius poteſt nūcupari.in ipſa dei ſummi veritate cōſiſtens eternitas/pleniſſimus omnium ſenſibilium et totius diſcipline/cōſiſtens(vt ita dixerim)cum deo.ſenſus vero mūdanus:receptaculum eſt omnium ſenſibilium/et ſpecierum/et diſciplinarum.human⁹ vero ex mēorie tenacitate:quod memor ſit omnium/quas geſſerit rerum.vſqꝫ ad humanum enim animal ſenſus diuinitatis deſcendendo peruenit.Deus enim ſenſum ſummum/diuinūqꝫ cunctis confundi noluit:ne erubeſceret aliorum commixtione animantium.Intelligentia enim ſenſus humani/qualis/aut quanta ſit:tota in memoria eſt preteritorum.per eam enim memorie tenacitatē: gubernator effectus eſt terre.Intellectus autem nature et qualitatis.et ſenſus mundi/ex omnibus que in mūdo ſenſibilia ſunt:poterit peruideri.eternitas/que ſecunda eſt:ex ſenſibili mūdo/ſenſus datus/qualitaſqꝫ dignoſcitur.at intellectus qualitatis/qualitaſqꝫ ſenſus ſummi dei:ſola veritas eſt.cuius veritatis in mundo ne quidem extrema linea vmbra dignoſcitur. vbi enim quid temporum dimenſione cognoſcitur : vbi ſunt mendacia/vbi geniture/vbi errores videntur. Vides ergo o Aſclepi in quibus cōſtituti:que tractemus aut que audeamus attingere.ſed tibi deus ſummus/gratias ago:qui me vidende diuinitatis tue/ illuminaſti lumine.et vos o Tati et Aſclepi et Ammon:

intra secreta pectoris/diuina mysteria silentio tegi=
te/et taciturnitate celate.hoc autem differt ītellectus
a sensu:q̄ intellectus noster/ad qualitatē sensus mū
di intelligēdam et dignoscendam/ mentis peruenit
intētione.Intellectus autem mūdi/peruenit ad eter
nitatem et deos noscendos: qui supra se suut. et sic
contingit nobis hominibus: vt quasi per caliginem
ea que in celo sunt / videamus / quantum possibile
est per conditionem sensus humani. hec autem in=
tentio peruidendis tantis bonis angustissima est: la
tissima vero cum viderit felicitate conscientie.

v Ndecimum caput pādit: q̄ solus deus immobilis sit/
et stabilis: cetera autem mutabilia. deus infinitus/in=
comprehensibilis/ inextimabilis:,et qualis sit ignotus.
de sensu dei sancto/incorrupto et sempiterno. de sensu mundi.
de sensu hominis. de differentia intellectus a sensu. hec vndeci
me particule summa.

Caput XII

d E inani vero/quodq̄ etiam maguū videtur
esse q̄plurimis:sic sentio/iane nec esse aliq̄d
nec esse potuisse/nec futurum vnq̄.oīa enim
mundi sunt membra plenissima:vt ipse mundus ple
nus sit atq̄ perfectus corporibus/qualitate formaq̄
diuersis/& speciem suam habentibus & magnitudi=
nem.quorū vnum est alio maius aut alio minus: &
validitate & tenuitate diuersa.Nā et q̄dam eorū va
lidiora facilius videntur/sicuti et maiora:minora ve
ro & tenuiora/aut vix videri/aut oīno non possunt.
quas solū res esse: attrectatione cognoscimus.vnde
cōtingit multis credere hec nō esse corpora:sed esse
inanes locos/quod est impossibile.sicuti enim quod
dicitur extra mundū/si tamen est aliquid(nec istud
enim credo)sic ab eo plenum esse intelligibiliū rerū/

id est diuinitatis sue similium. vt hic etiam qui dici-
tur sensibilis mūdus: plenissimus sit corporū/& ani-
maliū/nature sue & qualitati cōueniētium. quorum
facies non omnes videmus: sed quasdā vltra modū
grādes/quasdā breuissimas: aut propter spacij iter-
iecti longitudinē/aut quod acie sumus obtusi tales
nobis esse videant/aut oīno ꝓpter nimiam breuita-
tem/a multis non esse credantur. dico nunc demo-
nas: quos credo cōmorari nobiscum/et heroas/quos
inter aeris purissimam partem supra nos et terram/
vbi nec nebulis locus/nec ex signorum aliquorum
agitatione cōmotio. propter quod o Asclepi/inane
nichil esse dixeris: nisi cuius rei inane sit hoc/quod di
cis iane/predixeris/vt inane ab igni/et ab aqua/et ab
hiis similibus. quod et si contigerit videri/quod ina-
ne possit esse a rebus huiusmodi/quāuis breue sit vel
magnum quod inane videtur: spiritu tamen et aere
vacuū esse nō possit. Similiter vero de loco dicēdū est.
quod vocabulū solum/intellectu caret. Locus enim
ex eo cuius est: quid sit apparet. Principali etenim
nomīe dempto: significatio mutilatur. Quare aque
locus/ignis locus/aut his similium: recte dicimus. si
cuti enim inane esse aliquid impossibile est: sic et lo
cus solus/quid sit/dignosci nō potest. Nam si posu-
eris locum sine eo cuius est: inanis videbitur locus/
quem in mundo esse non credo. quod si inane ni-
hil est: nec ꝑ se quid sit locus apparet/nisi ei aut lō
gitudines aut latitudines aut altitudīes addideris/
vt corporibus hominum signa. his vero sic se haben
tibus o Asclepi/et vos qui adestis: scitote intelligibi
lem mundum id est deum qui mentis solo obtuitu
dignoscitur esse incorporalem/nec eius nature mi-

ſceri poſſe aliquid corporale/id eſt quod poſſit qua litate/q̃titate/ numeriſq; dignoſci. in ipſo enim nihil tale cõſiſtit. hic ergo mundus qui dicitur ſenſibilis: receptaculum omnium ſenſibiliũ ſpecierum/qualitatum/vel corporum/que omnia ſine deo vegetari nõ poſſunt. Omnia enim deus/ & ab eo omnia: et eius voluntate omnia. quod totum eſt bonum/decens/et prudẽs/in imitabile: et ipſi ſoli ſenſibile atq; ĩtelligibile. & ſine hoc nec fuit aliquid/nec eſt/nec erit. omnia enim ab eo/ et in ipſo/& per ipſum: & multiformes qualitates/et magne quantitates/ et oẽm menſuram excedentes magnitudines/et omniformes ſpecies. quas ſi intellexeris o Aſclepi: gratias acturus es deo. ſui totum animaduertes: vera ratione perdiſces mũdum ipſum ſenſibilem/et que in eo ſunt omnia/ a ſuperiore illo mũdo/ quaſi ex veſtimento eſſe contenta. Vnumquodq; enim genus animaliũ o Aſclepi cuiuſcunq;/vel mortalis/vel immortalis/ vel rationalis ſiue ſit animãs/ſiue non ſit: prout cuiuſq; eſt genus/ſic ſingula generis ſui imagĩes habẽt. et q̃uis vnumquodq; animalis genus/omnẽ ſui generis poſſideat formam: in eadẽ tamen ſui forma ſingula diſſimilia ſunt. vt hominum genus q̃uis ſit vniforme/vt homo dignoſci ex affectu poſſit: ſinguli tamẽ in eadem forma/ſibi/diſſimiles ſunt. ſpecies enim que diuina eſt: incorporalis eſt/et quidquid mente cõprehenditur. Cum itaq; hec duo ex quibus conſtat forma/& corpora et incorporalia ſint: ĩpoſſibile eſt vnã quamq; formã alteri ſimillimã naſci/horarum et climatum diſtantibus punctis. ſed immutantur tocies: quot hora momenta habet circuli circumcurrentis/ in quo eſt ille omniformis)quem diximus(deus ſpe-

cies ergo permanet: ex se toties pariens imagines tantas/ tamq̃ diuersas / q̃ta habet conuersio mundi momenta. qui mundus in conuersione mutatur: species vero nec mutatur/nec cõuertitur. sic generum singulorum forme sunt permanentes: in eadem forma/sibi dissimiles. ASCLE. Et mundus speciẽ mutat o Trismegiste. TRISME. Vides ergo o Asclepi tibi omnia quasi dormienti esse narrata. Quid est enim mũdus/ aut ex quib⁹ cõstat: nisi ex omnibus natis. ASCLE. ergo vis dicere de celo/terra et elementis. TRISME. Namq̃ alia magis frequẽter mutantur in species/celum humescens vel arescens vel frigescẽs/ vel ignescẽs vel clarescẽs vel sordescẽs: ĩ vna celi specie he sũt q̃ specie alternãtur species. terra vero sue speciei multas ĩmutationes semp habet: & cum parturit fruges et cũ eadem partus nutricat suos/ cum reddit omnium fructuũ varias diuersasq̃ qualitates et q̃titates/ ac stationes et cursus ad omnes arborum/florum/baccharum qualitates/odores/ sapores /species. Ignis etiam facit conuersiones plurimas/atq̃ diuinas. solis enim et lune omniformes imagines. sunt enim quasi speculorum nostrorum/similes imaginum similitudies/emulo splendore reddentium. sed iam de talibus sint satis dicta talia.

d Vodecimum differit: inane/vacuumq̃ in rebus locum nullum habere. demones nobiscum circa terram diuersari: at propter nimiam subtilitatem/ a nobis imperceptibiles. Heroas puriorem obtinere aeris portionem. Loci nomen solitarium/inane esse: quod ad aliquid sit sine cui⁹ intelligentia/quid sit locus intelligi non possit. et id omnibus relatiuis/commune est. Intelligibilem astruit mundum: quo sensibilis mundus (et que in eo sunt omnia) quasi vestimento contegitur/vtpote qui in mundo contineatur intelligibili. vniformiũ generum singulorum quorumq̃: dissimiles esse formas/ vt ho-

minum et id secundũ momẽta/et horas circuli:cui presidet pantomorphus/quẽ horoscopiorũ dixit superius esse deum. nos autem deum illum ignoramus:et stultitie relinquimus gẽtilium/si qui adhuc vsq; adeo manifesto desipiunt ac delirant. at nobis iuxta beatissimi Pauli sentẽtiã/vnus deus est pater/ex quo oĩa/& nos in illo:et vn⁹ domin⁹ IHESVS Christus/per quẽ omnia et nos per ipsum. species et formas id est ideas(de quibus apud platonem et platonicos: tot et tanta) immutabiles quidem/& inuariabiles collocat in pantomorpho/hinc nomen habente/quasi omniformi/et omni ideali. a quibus singulis horis et momentis:singula/eadem quidem forma/sed varie format. cetera vero mutabilia esse/et mundum/et celum/et terram. verum sint qui pantomorphon mercurij/et ideam platonis:inter figmẽta reponant. hec capitis duodecimi summa.

Cap. 8

Caput XIII

Prophana hec

Terum ad hominem/rationemq; redeamus:ex quo diuio dono/homo animal dictum est rationale. minus enim miranda(etsi miranda sunt)que de homine dicta sunt. sed omnium mirabilium vicit admirationem:ꝙ homo diuinam potuit inuenire naturam/eamq; efficere. quoniam ergo ꝑaui nostri multum errabant/circa deorum rationem increduli/et non aĩaduertentes ad cultum/religionemq; diuinam:inuenerunt artem qua deos efficerent. cui inuente/adiunxerunt virtutem de mundi natura conuenientem/eamq; miscentes/et(quoniam animas facere non poterant)euocantes animas demonũ/vel angelorũ/eas indiderunt imaginibus sanctis/diuinisq; misterijs. ꝑ quas solas idola et benefaciendi et malefaciẽdi vires habere potuissent. Auus enim tuus o Asclepi/medicine primus inuentor/cui templum cõsecratũ est in mõte lybie circa littus crocodyllorum/in quo eius iacet mundanus homo id est corpus(reliquus eni/vel potius totus;si est homo

A L I V S L A P S V S H E R M E T I S.

totus in sensu vite/melior remeauit in celum)omnia etiam nunc adiumēta hominibus prestans infirmis numine nūc suo/q̄ ante solebat/medicine arte ꝓbere. Hermes cuius auitum mihi nomen est:nonne in sibi cognomini patria consistēs/ oēs mortales vndiq; venientes adiuuat/atq; cōseruat? Isin vero vxorē Osyris:q̄ multa bona prestare ꝓpiciā/q̄tis obesse scimus iratā? terrenis eteni dijs atq; mundanis:facile est irasci/vtpote qui sūt ab hoīb⁹/extraq; naturā facti atq; cōpositi.vnde cōtingit ab egyptijs hec sancta aīalia nūcupari : coliq; ꝑ singulas ciuitates eorū aīas/ qui ea consecrauere viuētes. ita vt eorū legib⁹ incolant: et eorū noībus nūcupentur.per hāc causam o Asclepi/q; alijs q̄ colenda videntur atq; venerāda / apud alios dissimiliter habentur:ac propterea bellis se lacessere egyptiorum ciuitates solent. ASCLE. Et horum o Trismegiste deorum/qui terreni habētur:cuiusmodi est qualitas? TRISME. Constat o Asclepi: de herbis/de lapidibus/de aromatibus/vim diuinitatis naturalem in se habētibus.et ꝓpter hāc causam: sacrificijs frequentibus oblectantur/hymnis/et laudibus/dulcissimis sonis in modū celestis harmonie cōcinētibus.vt illud quod celeste est: celesti vsu et frequētatione illectum in idola possit letū/ hūanitatis patiēs/ longa durare per tēpora.sic deorū fictor est homo.& ne putes fortuitos effectus esse terrenorum deorum o asclepi.dij celestes inhabitant summa celestia/vnusquisq; ordinē quem accepit complēs/atq; custodiens.Hi vero nostri/sigillatim quedā curātes quedam sortibus et diuinatione predicentes/quedā prouidentes/hisq; pro modo subuenientes:humanis quasi amica cognatione/auxiliantur.

t Ertium decimum caput hoc: cum capite nono simili impuritate laborat. et i quo vult Mercurius hominem esse diuinissimum/ et maxime admirãdum: in hoc certe homo maxime impius est atq3 prophanus / ꝙ scilicet idololatriã inuenerit/ꝙ demonicos spiritus euocatos imaginibus indiderit/ritusq3 et sacrificia addiderit. de Esculapio/Mercurio/Iside/ Osiride: qui ab egyptijs colebãtur. de animalibus: q̃ egyptij sctã habebãt. de herbis/lapidibus et aromatib9/cõcẽtibus et hymnis: quib9 propiciarent spiritus illos statuis imaginibusq3 inditos. quod adhuc facere solẽt/nõnulli phitonici (o seculum infelix) qui aut in ãnulis/aut vasculis se spiritus clausos habere putãt/gen9 hominũ impurissimũ / deo hoibusq3 infensum/ ac ex aduerso cõstitutũ inimicũ. et cõtra hunc ꝓphanũ impietatis errorẽ: agit beatus Augustin9/et iure quidẽ agit/in libro de ciuitate dei/et pro veritate cõuincit. hec pro capite tertiodecimo.

¶Caput XIIII

a SCLE. quã ergo partem rationis ειμαρμεναι vel fata incolunt o Trismegiste: si celestes dij vniuersim dominantur/ terreni incolunt singula: quam ειμαρμενηρ nuncupamus. TRIS. O Asclepi ea est necessitas oim que geruntur/semper sibi catenatis nexibus iuncta. hec itaq3 est aut effectrix rerum/aut deus summus/aut ab ipso deo qui secũdus effectus est deus/aut omniũ celestium terrenarumq3 rerum firmata diuinis legibus disciplina. Hec itaq3 ειμαρμενη & necessitas/ambe sibi iuicem indiuiduo cõnexe sunt glutino: quarum prior ειμαρμενη rerũ omniũ parit initia / necessitas vero cogit ad effectum/ que ex illius primordijs pendent. has ordo consequitur/id est contextus et dispositio temporis/ rerũ perficiendarum. nihil est enim sine ordinis compositione. In omnibus istis: mundus iste perfectus est. Ipse enim mundus ordine gestatur: vel totus constat ex ordine. Hec ergo tria: ειμαρμενη id est fatum/necessitas / ordo / vel maxime dei nutu sunt effecta / qui

mundum gubernat ſua lege et ratione diuina. Ab his ergo oē velle & nolle diuinitus auerſum eſt totum: nec ira etenim cōmouentur/nec flectuntur gratia/ſed ſeruiūt neceſſitati rationis eterne. que eternitas: inauerſibilis/immobilis/inſolubilis eſt. Prima ergo ειμαρμερη eſt que velut iacto ſemine futurorum omnium ſuſcipit prolem. ſequitur neceſſitas: qua ad effectum vi coguntur omnia. Tertius ordo: textum ſeruans earum rerum/quas ειμαρμερη neceſſitaſq̧ diſponit. hec eſt ergo eternitas: q̄ nec capit eſſe/nec deſinet/que fixa immutabili lege currendi/ſempiterna commotione ſeruatur. oriturq̧ & occidit alterna ſepe per membra: ita vt variatis temporibus/iiſdem quibus occiderat mēbris/oriatur. ſic eſt enim rotunditas volubilis ratio: vt ita ſibi coartata ſint cūcta/vt quid ſit volubilitatis initium ignores/cum omnia ſe ſemper et precedere et ſequi videantur. Euentus autem et fors: inſunt omnibus permixta mundanis.

c Aput quartumdecimū de fatis: que vocat imarmenen/neceſſitatem ordinem/alij Clotho/lacheſin/atropon. circa q̄ nō minus ſolebant ethnici ineptire: q̄ circa reliquos (quos ſibi finxerunt) deos/noua et miripotētia fingentes numina. velatius autē de his Mercurius et parcius/et quaſi ambigue. veluti tria hec eſſent: prefinitio predeſtinatioq̧ mentis diuine: quam neceſſitas rerum vt ſint ſequitur: quas demum exiſtētes/ordo conſeruat/quemadmodum diuina eternaq̧ lege ſancitum eſt. ita vt primum fatū: ſit diuina prefinitio. ſecundum: rerū conſecutio. tertium: conſeruatio. et hec tria aut diuina lex/aut ſeriē diuine legis comitātia. et definitarū ac ſecundum naturam cauſarū; ordinem continent. atqui et fatum: in contingentibus rebus/indefinitas/p̄ter naturam/indeterminataſq̧ cauſas etiam permittit. verum de his alij iudicent. Et hec pro preſenti partitione.

Caput XV

d Ictum est nobis de singulis vt humanitas potuit/vt voluit pmisitq3 diuinitas:restat hoc solum nobis/vt benedicentes deum / orãtesq3 ad curam corporis redeamus.satis enim de diuinis reb⁹ tractantes:mẽtem velut animi pabulis saturauimus. de adyto vero egressi:cum deũ orare cepissent/in austrum respicientes erant. sole etenim occidente / cum quis deum orare voluerit:illuc debet intendere.sicut et sole oriente:in eum qui subsolanus dicitur.Iam ergo dicẽtibus precationem: Asclepius ait submissa voce/o Tati suggeramus patri / iusserit vt thure addito et pigmentis precem dicamus deo. Trisinegistus audiẽs / atq3 commot⁹/ait:melius/melius ominare o Asclepi.hoc enim sacrilegijs simile est : cum deũ roges/ thus atq3 cetera incendere.nihil enim deest ei:qui ipse est omnia/aut in eo sunt omnia.sed nos agẽtes gratias:adoremus.hec enim sunt summe incensiones dei cum aguntur gratie a mortalibus . Gratias tibi agimus o summe/et exuperantissime.tua enim gratia:tãtum sumus cognitionis tue lumen consecuti. nomen sanctum & honorãdum.nomen vnum:quo solus deus est benedicẽdus religione paterna. quoniã omnibus paternam pietatem/& religionem/& amorem/et quecunq3 est dulcior efficatia/ prebere dignaris:cum donas nos sensu/ratione/ intelligentia.sensu:vt te cognoscamus.ratiõe : vt te suspicionibus indagemus.ĩtelligentia:vt te cognitione cognoscẽtes' gaudeam⁹. ac numine saluati tuo gaudeam⁹: quod nobis te ostẽderis totum.gaudeamus:quod nos in corporibus sitos/ eternitati fueris cõsecrare dignatus. hec est enim sola humana gratulatio.cognitio maiestatis tue. cognouimus te:& lumen maximum/solo intellectu sen

Oratio MERCVRII PIA

sibili intelleximus te: o vite vera via, o naturarũ omnium fecũda pregnatio, cognouimus te: totius nature/tuo conceptu plenissime, cognouimus te: eterna pseueratio, in omni enim ista oratione / adorantes bonum bonitatis tue/hoc tãtum deprecamur / vt nos velis seruare/perseuerantes in amore cognitionis tue/& nunq̃ ab hoc vite separari genere, hec optantes: conuertimus nos ad puram/& sine animalibus cenam.

q Vintum decimum caput: dialogũ religiose finit/ in gratiarum actionibus, adoratione autem finita/& gratijs deo persolutis: Mercuri⁹/Asclepius/Ammon/et Tatius quatuor viri/qui sacrum adytum impleuerãt/secũdum religiosum egyptiorum ritũ se couuertunt ad purã/et sine animalibus cenam, et hic: Hermetis de voluntate dei libelli Finis.

DVORVM LIBRORVM
MERCVRII TRISME
GISTI PIMANDRI
SCILICET ET AS
CLEPII
F I N I S

Lodouici Lazareli Poete Christiani ad Ferdinãdũ Regem dialogus.cui titulus Crater Hermetis.

c Vm mecum diu ipse hesitarem/inter tot et veterum et recentium diuersas/dissonasq́ opiniones/que ad vitam duceret via/quaue ratione de cõsequenda felicitate/pẽdula ãcepsq́/firmari in hac vita fides posset/dumq́ in hac sepius ãxietate funderẽ deo verba precantia/crebros de pectore gemitus/verasq́ ex oculis spargerẽ lachrimas: non defuit tandem illius e celo presidium. qui naufraganti petro auxiliarẽ manum porrexit/qui ante secula mũdũ creauit/qui labefactũ flagitijs orbem/sui oblatione restituit/qui magni cõsilij angelus/vero mẽtes lumine illustrauit/qui princeps pacis: hominem deo conciliauit/quem/verũ deũ et verum hominem profitemur/ac futuri patrem seculi/iudicẽq́ expectamus: Ipse qui in Hermetis mente Pimander erat/in me christus IHESVS incolatũ facere dignatus est.mentemq́ veritatis lumine illustrans: me cõsolatus est/consolator eternus.mee igitur felicitatis o rex/te participem facere dignum duxi.qui in hac tua senectute primogenito regni frena relaxãs/quieti es deditus/contẽplationiq́ et pijs insistis operibus. ociosus eni videris: et huic de qua nũc tecum acturus sum perscrutationi idoneus.nõ ego nunc o Rex verborum elegantie/veluti greci: sed verborũ actui/vt sapiẽtes egyptij/studeo.de verbi eni actu/nõ de cõsonantia/perscrutabimur: qua ratione bonũ cõsequi possimus. Tum REX.age ergo/exprime/quid nobis faciundum est: vt hanc possimus cõsequi felicitatẽ. LAZ. Nosti ab antiquis mẽorie proditũ. Cuidam

que esset ad felicitatē via interroganti: delphicū re-
spōdisse apollinē/ si teipm agnoueris. et in eius frōte Apollo.
templi signatum: nosce teipsum. Tum REX. igitur
delphico Apollini credendū asseris. LAZ. nō semp:
sed cū consona exprimit veritati. multa enim vera:
in suis prompsit oraculis. quod si porphyrium in ora Porphirius
culorū philosophia/ pcurres: ita esse pro certo com-
peries. sed vt cetera ꝑtermittā: quod de vita beata ex-
pressit oraculū/ hic ī mediū afferam⁹. quod greco car-
mie scriptū pferrē: sed breuitati studēs latie exprimā.

Dura via illa nimis/ eratis clausaqꝫ portis:
Que vitam nobis aperit/ donatqꝫ beatam.
Nec vero verbis facile enarrarier vllis/
Exponiqꝫ queat: illo quo semita ducit.
Quam primi ante omēs/ ceperunt tradere pulchras
Qui nili epotant lymphas: phenicibus inde
Proximaqꝫ assyriis ea cura. sed inclyta longe
Gens hebrea illam nouit: notamqꝫ recepit.

An quicq̄ hoc oraculo veri⁹? REX. Ita videt. sed dic
q̄so: an Egyptii aliqd de veritate degustarūt. LAZ.
Non modo degustarunt: sed pene ingurgitati sunt.
At ceteros pretermittētes: quid de Hermete dicem⁹?
qui omnē sapientie semitā perscrutatus: oratione li-
cet parua/ inmēsa tamen sententiis/ de vera sapiētia/
monumenta posteris reliquit. vnde vt aliqui conie-
ctant: ad hebreos sapientia migrauit. Mosem enī he
breū/ & apud Egyptios natū: trāstulisse eam putant
ex egypto per pentateucū ad hebreos. et eū in actis
apostolorū legimus: oīm egyptiorū disciplina fuisse
eruditissimū/ REX. Hermeticus es vt videris o Laza
rele: adeo profecto hūc laudibus effers/ vt sapiētior
fuerit nemo. LAZ. Christianus ego sū o Rex: et Her

meticũ ſimul eſſe nõ pudet. Si enĩ precepta eius cõ-ſideraueris: a chriſtiana cõfirmabis/nõ abhorrere doctrina. Hic eſt ille o rex optime: quem Maia genitũ/deorũ interpretem/eloquentie deũ/repertorẽ lyre/ et multis perfectũ officijs/veteres dixere poete. Ab hoc omnis ſuã antiqua theologia traxit originẽ. Nã cũ taceamus plurimos eius libros/qui perierũt: quid diuinius illis libellis ĩueniri poteſt: quos habemus in manibus. in quibus de dei trinitate/ita cõſũmate expreſſit: vt qui eũ ĩtelligit/veritatem ſe gaudeat ĩueniſſe. Quare hũc noſtrũ ſermonẽ: volo hermetis cratera nũcupari? Quicquid enĩ hic de vera felicitate ĩueſtigabimus: et ab euãgelica doctrina/et ab hermetis preceptis hauriemus. REX. Perge igitur. nã ardeſco intelligere id quod iam es proferre pollicitus. ſpero enĩ cũ et ego chriſtianus ſim: ſimul tecũ etiã Hermeticus effici. LAZ. Tu modo o rex ĩterroga: quid primũ nũc audire deſideras? REX. Ad rẽ (abiectis ſuperfluis) properandũ eſt. dic igitur qua ratione me ipſũ/noſcere valeo? LAZ. interrogãti hermeti Pimãder reſpõdit: tua me mẽte cõplectere/ & ego te in cũctis/q̃ cupis erudiã. Dixit et ipſa veritas: ſine me nihil poteſtis facere. a ꝓpheta etiã dicitur: in lumine tuo videbimus lumen. quod vt nos illuſtret: deũ primo precabimur. in omni nãq; rerũ pricipio: orandũ eſſe preceptũ eſt ab antiquis. ſed in theologia id fore exequẽdum: Areopagita p̃cepit dionyſius. eo quidẽ ĩ libro: quẽ de dei noibus edidit. Cũ igitur hic de theologie arcanis diſſerendum ſit: principio orabimus. tu vero adeſto/faue animis: dum ſic deum inuoco.

Dionyſius

Qui ſupra cherubin ſedes/
Qui ſummo reſides throno/

Et recte omnia iudicas/
Qui celos habitas:preces
Ad te nunc statuo meas/
Verbo et pectore subdito.
Inuicte exercituum deus/
Diuorum atq; hominum pater.
Aures huc adhibe pias.
Ne queso amoueas procul:
Splendoris radios tui.
Tu rex/tu deus israel
Descende:hancq; domum tuam/
Comple lumine candido.
Dignum fac habitaculum/
Expurga tenebras/fuga
A me tartaream luem:
Munda hanc prorsus imaginem.
Vt sole attrahitur vapor/
Vt magnes calybem trahit:
Sic flammis rapiar tuis.
Te coniunge michi pater:
Mox ad te penitus trahar/
Vnumq; efficiar simul.
Vt solis radijs nitet/
Haustis luna micantibus:
Sic vultu rutilem tuo.
Lignum tolle boni et mali/
Errantes reuoca pedes:
Vite ex arbore nutriar.
Vt tecum inuiolabili/
Eternoq; fruar bono:
Et nunq̄ amouear retro.
Immo te penitus fruar:

Quí solum bonus es. bonum
Quod preter/níhil est bonum/
Prebe vt lumine tuo
Lumen conspiciam tuum/
Et íllud reserem tuis.
Terret me impietas mea/
Sed maíor pietas tua
Clamat/ne metuas. age
Adsum iustificans malos/
Humanum míserans genus/
Tollens pondera críminis.
Sola est deum nosse salus/
Sola est íustificatío:
Solusqꝫ ad superos gradus.
En tu filius es meus:
In quo complacuí míhi.
Aude ac omnía íudica.
En do verba tíbí mea:
Que soles facíunt nouos/
Et vastum renouant mare.
Nubes obedíant tíbi:
Písces et volucres símul/
Ad vocem paueant tuam.
Planta sídereas domos:
Terre construe cardínes/
Te dícat dominum syon.
Et montes sínaí et tabor/
Iordanísqꝫ agiles aque:
Testemur genítum deo.
Mox regnum ecce venít meum.
Cum chrísto ímperíta duce:
Quí sanctos reliquos sacrat.

Heu sors te examinet tua/
Herens sufficiat fides:
Quam nectit sapientia.
Gaudebo in domino meo:
Qui seruum in solio dauid
Regem constituit suum.

Iam oratum est: tu modo optime Rex reitera/quid a me nūc exprimi cupis. REX. Adeo tua hec oratio sacris referta sententijs/animū detraxit meū: vt multa ī ea a te dicta/primū intelligere cupiā. LAZ. Cū ad finem peruenerimus sermonis/quē cepimus: et ea et cō plura alia/liquido ītelliges. Nunc vero instemus īcepto: ad quod vt reuoceris repetā/quod superius tactū est. At ne videar ab apollinis oraculo/sed ab hermetis doctrina sumpsisse initium: sic habeto. Creatis ab initio oībus: sic deū Hermes asserit exclamasse. Pullulate/adolescite/propagate: vniuersa germina ac opera mea. Vos insuper/quibus mētis portio cōcessa est: genus recognoscite vestrū/ vestrāq; naturā īmortalē cōsiderate. amorē corporis: mortis causā esse scite. q̄d Mosis sententie in genesεos libro respondet. in his enī Hermetis verbis: et lignum vite in quo viuimus/et lignum sciētie boni et mali/quod nobis affert īteritum cōtinetur. cuius caput/preceptū est (ceu videre in prōptu est) vt nosmetipsos cognoscamus. REX. Reuocatus sum ab īterrogatione: quā fecerā. primū quidē cupio abs te edoceri/si facultas adest: quid vite/et quid sciētie boni et mali/lignū fuerit. de hoc enim aut fere nulla/aut inuoluta: apud sacros doctores declaratio īuenitur. adeo vt obstupescam: vt id a quo omnis generis nostri ruina dependeat/et per quod fundata est omnis sacrarū litterarū traditio/penitus incognitum

Hermes.

Moses.

remaneat et indefinitū. addo quod preceptū illud in Adam/in quo ꝑ originē fuimus: in nos eius genus/ deriuatione funditur/vt idem nobis inobediētie periculū īmineat. nā quod nō nouimus: euitare nō possumus. legimus enī in sententijs sacris: lignū Illud (sicut ceteras arbores) fuisse corporeū. cuius vero arboris fuerit lignum: nō legimus. nec etiā post transgressum: preceptū illud/a deo legimus reuocatū. LAZ. Ego vero hanc philonis Alexadrini in libro secundo de agricultura sententiā legi/o rex: superiori illi quā commemorasti / contrariam. que sic habet. predictis cōsequens est: & paradysi plantarū cultura. dicitur enim plātauit dominus paradysū in eden ad orientem: et posuit illic hominē/quē plasmauerat. vites igitur et oliuarū/vel malorū punicorū/vel similiū arbores putare: multa est et insanabilis stultitia. hic aūt philo Hebreus fuit/et sapiētissimus. & vt Hieronym⁹ in libro de viris illustribus asserit: apostolorū tēporibus/Petro apostolorū prīcipi et Marco euāgeliste/ cōsuetudine charus. eaqꝫ omis de prima philosophia inuestigatio: sacrarū est litterarū oraculis stabilita. Cū vero o Rex ad eius rei perscrutationē me cōpellas/que a diuiniloquis īdefinita remāsit (quoniā circa diuina: sepe solet humana decipi cōsideratio) tantum in hac re/et in ceteris que sequētur/assertū a nobis id esse volum⁹ quātū ab ecclesia/fideliūqꝫ choro cōprobatur. nā si Plato in legibus precepit: eorum nihil innouari/que ex delphis/aut dodone aut ammone/sunt accepta/vt quedā prisce orationes per visiones inspirationesqꝫ deorū asserte. quanto minus que per prophetas et electos veri dei/imo per ipsū IHESVM verū deū et hominē nobis tradita sunt/ inoua

Philo.

Hierony-mus.

Petrus.

Marcus.

Plato.

re debemus. Si etiã admonet in Thimeo: impossibile esse ijs fidem nõ habere/quos deorũ filios vocat/licet nõ necessarijs eorũ oratio/nec verisimilibus cõfirmetur rationibus: quãto magis ipsius IHESV veri dei oraculis/et prophetarum et electorũ eius/preceptis/et inconcussa & indubia fides habenda est.
REX. Adde etiã si id placet: cum plurima bona a deo per ecclesiã/eiusq ministros habeamus: omnia nostra et verba et opera illi subijcere equum esse. Tu nunc vero o Lazarele: perge. et quod itendis exequere. LAZ. Sepissime audisti et in sacris vt credo legisti oraculis/o rex: oia deũ propter hominẽ/hominem vero propter se creasse. REX. audiuimus sepius/legimusq. LAZ. Cum igitur deus hoiem propter se creasset/vt diuine obsequeretur voluntati: diuini illi portionẽ indidit intellectus. vt per eius discursũ: diuinitatẽ contẽplaretur. cõtemplandoq/ substãtiales ad se splendoris radios traheret: ex quo et sapientiã simul/vitamq perpetuã adipisceretur. quod per parabolam contẽplatoribus amicã: a Mose dictũ/lignũ vite nuncupatur. REX. Lignũ igitur vite: diuinorũ contemplationem/et sapientiam asseris o Lazarele.
LAZ. Sic profecto opinor: aut potius non ambigo.
REX. Quid igitur emolumenti ꝑpter animi felicitatem: ex hac contemplatione homini contingebat?
LAZ. Non parum o rex. nam preter anime felicitatem/que per sapientiam euenit: se purum/dignumq/ templum statuebat / in quo dei spiritus inhabitaret/ deiq lucidissimos angelos vite socios possidebat. cuius rei gratia mortem quam per naturam icurrisset: diuino munere perpetuo fuerat euitaturus. et quidquid volens cuperet: continuo assequeretur. aliaq p̄

terea bona q̄plurima ꝑueniebāt: que in sacris asser-
ta libris/intelligi possunt. REX. Immensa erant hec
o lazarele: et ab omnibus desideranda. Sed cum per
ligni scientie boni et mali gustum/illa amiserimus/vt
in sacris habetur oraculis: quid illud pernicie plenū/
lignum fuerit: nunc audire desidero. LAZ. Cum vi-
te lignum quid sit intelligas: facile a te ipso/quid
sit lignum sciētie boni et mali/intelligere potes. nam
declarato contrariorum vno: declaratur et alterum.
REX. Coniectura quadam percipio: sed a te liquidi'
intelligere expecto. LAZ. Audi igitur. sicut diuino-
rum amor/contemplatio/et sapiētia lignum est vite:
ita caducarum et materialium rerum affectus/et per
scrutatio: lignum scientie boni et mali appellari po-
test. REX. Nō satis id: animo meo heret. difficile enī
est mihi creditu/nec vllo pacto fidē adhibere possū:
quod deus prohibuerit cōsiderare/que ipe creauerit.
nullus enim est opifex: qui opus suum videri/conside
rari/affectariq; ꝓhibeat. difficiliusq; mihi est: ꝙ ex ea
forte cōsideratione/homo mortem incurrerit. LAZ.
Non opifex deus/sua vetuit o Rex opera considerari:
sed in eis insisti/et tanq̄ finem affectari supremum. sic
et veteres: celum/solem/lunam/et stellas/elementaq;/
et quedam insuper animalia/deos esse dixerunt. vult
autem/et precepit omnipotens: ita hec omnia per dis-
cursum considerari/vt per quosdam pene gradus/ad
se mentis tandem nostre fiat reflexio/et in sue diuini-
tatis consideratione/humanus semper animus con-
quiescat. inuisibilia namq; dei (vt ait apostolus) a cre
Apostolus atura mundi/per ea que facta sunt: intellecta conspi-
ciuntur/sempiterna quoq; eius virtus/et diuinitas.
Hermes. Et hermes ait. deniq; cum deum videre volueris suspi

ce solem fili/respice lune cursus/suspice siderum ordi nem reliquorū. Idem sentit dionysius in libro de di= Dionysius.
uinis noībus: cū dicit. forte id veraciter dicemus: nos deū nō ex ipsius natura cognoscere (id quippe igno= tum est: omnēq3 superat rationē/ac sensū) sed ex crea turarū oīm ordinatissima dispositione ab ipso ꝓdu= cta/et imagines quasdā ac similitudines diuinorū ip sius exēplariū/pre se ferēte: ad id quod oīa trāscēdit/ via et ordine pro viribus scandimus. Hoc ergo pacto que a se facta sūt: a nobis sūmus voluit opifex cōside= rari/sicq3 cōgruus ordo seruabit. nā (vt initio cōmeo= rauimus) oīa ꝓpter hoīem: hoīem vero ꝓpter se/crea= uit altissim⁹. REX. Nūc te ꝑcipio: et tue huic assētior assertioni. Sed velim aliqua a te (si habes) sapientū te= stimonia īferri. vt que asseruisti: meo firmius īhereāt aio. LAZ. Multa quidē parabolis īuoluta/habemus testimōia: que si pergā cōmemorare te forte obtundā & me narrantē Sol occidēs destituat: aliqua tamē af feremus. REX. Ita faciundū est: vt tempus/locus/in= cumbētia expectantiū negocia postulāt. Oportet eni nos ceu pastorē ī gregē: ita in subditos oculos figere/ vt q̄optime et recte gubernentur/si deo qui nos prefe cit/placere volumus. Non tamē que ad felicitatē sūt cognitu necessaria: abscindas velim omnia nāq3 huic negocio postergabimus. LAZ. Salomō in prouerbijs Salomon.
de diuina sic ait sapiētia. lignum vite est ijs qui apre= henderint eā: & qui tenuerit eam beati. vocatq3 salo= mon/eam mulierē adolescētie nostre: sic ī prouerbiis dicens. sit vena tua benedicta: et letare cum muliere adolescentie tue. Nam ab īitio: sicut vir vxori/homo diuine sapientie coniunctus/vitā nactus perpetuā de lectabatur. et idem ait. Dic sapientie: soror mea es. &

prudētiam: voca amicā tuā / vt custodiat te a muliere extranea / et ab aliena. q̄ verba sic dulcia facit. Et alibi sic inquit. Vt eruaris a muliere aliena / et ab extranea: que mollit sermones suos et reliquit ducē pubertatis sue / pacti dei sui oblita est. īclinata enī ad mortē est domus eius: et ad īferos semite ipsius. Et ibi itē legitur: sapientiā edificasse domū / septē excidisse colunnas / īmolasse victimas / miscuisse vinū / mēsam ꝓposuisse / sicq̧ locutā: venite / comedite panē meum / et bibite vinū / quod miscui vobis. Relinquite infantiā: et viuite. & paulo subterius. Mulier stulta / et clamosa / plenaq̧ illecebris / & nihil oīno sciens: sedet in foribus domus sue / super sellam in excelso vrbis loco / vt vocet trāseūtes per viam / et pergētes in itinere suo. qui est paruulus: declinet ad me. et vecordi locuta est: aque furtiue dulciores sūt / et panis abscōditus suauior: et ignorauit ꝙ ibi sint gygātes / et in profundis inferni conuiue eius. qui enī aplicabitur illi: descēdet ad iferos. nā qui abscesserit ab ea: saluabit̄. Vocat igitur salomō diuinā sapientiā lignū vite et mulierem adolescētie nostre: prudentiā vero carnis / et materialiū contēplationem rerū / mulierē stultā / clamosam / illecebris plenā / nihil omnino scientē / meretricē extraneā / adulterāq̧

Paulus. appellat. Vnde nos admonēs clamat apostolus. si secundū carnē vixeritis: moriemini. si spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Et Hermes instruit amo

Hermes. rem corporis: mortis fore causā. Nā qui corpus / amoris errore complectitur: is oberrat in tenebris / mortis mala percipiens. hec itaq̧ sapiētia / quā inducit salomon / domū edificasse / & firmasse columnis: diuinoꝝ amor et cōtemplatio est / et nostre mulier adolescētie. que a mose: lignū vite perhibetur: Et ideo hec dicitur

exclamasse:relinquite infantiã/et viuite. Mulier vero stulta et clamosa/que per parabolã iducitur in excelso vrbis loco/palã oĩbus clamitare:factarũ materialiumq rerum est meditatio/carnis prudẽtia/ meretrix adultera et extranea. de qua dicit apostol⁹. prudẽtia carnis:stultitia ẽ apud deũ. & a Mose:lignũ sciẽtie boni et mali nũcupat̃. et ideo de eo dictũ est Ade:iquacunq die comederis morte morieris. & qui aplicabit̃ illi:descẽdet ad iferos. Et in psalmis dicitur. quia ecce qui elõgãt se abs te:peribũt. pdidisti oẽs:qui fornicãt̃ abs te. REX. Satis cõgrue:supiori sententie tue/enarrationẽ applicas scripturarũ. quare firmatus sũ: nec vlterius ãbigo. sed quid aque furtiue/& panis sit abscõdit⁹:curue mulier stulta asserit̃ in foribus domus sue/palã oib⁹ clamitare/veli si fas est itelligere LAZ. id vt cũq possũ exeqrer perlibẽter:sed nimiũ ab incepto digredimur. REX. mime nimiũ. aggredere fidẽtius. nã ociosi sumus. nec te forte expectatiũ turba cõ moueat. cras eni expeditionẽ accipient. Et nos paulo vlterius digressi:ocyus ad inceptũ reuertemur. Enarra igitur:iterrogata. LAZ. Admonet nos i puerbijs salomõ:vt in dina sapiẽtia psistamus his verbis. bibe aquã de cisterna tua:et fluenta putei tui. Si igit̃ diuinorũ sapiẽtia/mulier & cisterna nostra est:si ad extraneã igrediemur/furtiuas nobis aquas/panẽq abscõditũ submistrabit. adulteria nãq:furta dicunt̃. aqua vero nostre cisterne:sapiẽtie diuine itelligẽtia est. Aq furtiue:itelligẽtiã carnalis prudẽtie prefigurãt. vtrũq vero:alibi per vinũ significat̃. At vinũ diuine sapiẽtie illud est:qd̃ nobis suggerit messias. de quo sic zacharias iquit. Quid ei bonũ eius est/& quid pulchrũ nisi eius frumẽtũ electoꝝ/et vinũ germinãs virgines.

Petrus. Moses.

Salomon.

Zacharias

Per hoc enim virgines facti/nec conquinati cum mulieribus: sequemur agnum/quocūq; ierit/soliq; hymnum decātare poterim⁹. vt Iohānes in apocalypseos mysterijs asseruit. Ab alterius vero vino: nos sic apostolus ꝓhibet. nolite inebriari vino: ī quo est luxuria. sicut nāq; per sapiētie vinum/ casti virgines efficimur (casta enim est generatio: querentiū dominum) ita ꝑ vinum extraneū/adulteri efficimur/et fornicatores. q̄ ideo dicitur in foribus dom⁹ sue exclamare: quia prudentia carnis ambiciosa est. et cū nihil omnino sciat: cupit docta videri/reputariq;. clamat igitur palā: & per plateas disputat sophismatū munita ambagibus. qui autem sophistice loquitur: odibilis est/et in omni re defraudabitur. Non illi data est a domino gratia. omni enim sapientia defraudatus est. vt in ecclesiastico legitur. Sed ne (obsecro) o rex euagemur vlterius: quin potius ad inceptum reuertamur. Ardeo enī optime rex/tibi in nostri fine sermonis secretorum maximum reuelare/ qui ligni vite fructus vltimus est. et ꝑfectus adeo: vt in hac vita nihil sit/quod vlteri⁹ homo desideret. REX. Maximum id quidē: et quod vt audiam vehementer glisco. verū quod exiguum in hac superest perscrutatione: ne mutilatum reliquamus. sed explanetur potius: qui videlicet sint gygantes illi/qui cum meretrice sunt. et que sunt ee mulieres: cū quibus virgines nō coinquinantur. LAZ. Qui diuinam sequntur sapientiam: pigmei id est paruuli dicūtur. Quod Hieronymus sic est interpretatus. pigmei cogniti domio/ vel dominū cognoscentes. de quibus saluator loquit̃. Sinite ꝑuulos venire ad me. hoꝶ enī est regnū celorū. Et in psalmis dicit̃ declaratio sermonū tuorū illuminat: et intellectū dat ꝑuulis. a cōtra-

rio vero sensu: gigantes sunt/qui se materialib⁹ applicant. Ideo dicitur in ꝓuerbijs. vir qui errauerit in via doctrine: in cetu gigantum cõmorabitur. hi sunt: qui babel turribus edificauerũt. hi sunt: qui montes montibus cumulãtes/regnum celeste affectasse a poetis dicuntur. qui tandẽ: oppressi montibus/interierunt. de quibus dicitur in ecclesiastico. non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gygantes: qui destructi sunt cõfidentes sue virtuti. et Esaias dicit. domine deus noster: possederunt nos domini absq; te. tantum in te: recordemur nominis tui. Morientes non viuant: gygãtes nõ resurgant. Propterea visitasti/et cõtriuisti eos: et perdidisti omnẽ memoriam eorum. Ideoq; fingun tur anguipedes: quia sensibilibus et materialibus insistentes/per ima tantum serpunt/ad diuina nequaq̃ euolant. tantum veri esse credentes: q̃tum sensuũ persuationibus approbatur. REX. Acquiesco equidem nunc. nõ solum quid sint gigãtes/et cur anguipedes vere intelligo: qui etiam aperta est michi via/ vt illud Hesiodi poete de pandora muliere figmentũ intelligã. que a Ioue dono missa/ollã aperuit: a qua oĩa bona euolarunt/solaq; in olle labris elpis restitit. quid enĩ aliud pãdora/que omniũ donum sonat: quã materialium et sensibilium rerum scientia. que ollã mentis nostre adaperiens/in eaq; habitans: omnia bona euolare fecit/solaq; elpis id est spes/restitit. Continue nãq;/nobis bona affutura speramus: nunq̃ tamẽ sperata consequimur. nam per eam: a ligno vite alieni sumus. LAZ. Recte o Rex interpretaris: licet contraria ĩ fastis/aliquãdo ita canere visus sim. Nõ Epimethea subtractũ tegmẽ ab olla: Credula serpenti/sed dedit eua malum. ibi enim non pro declaratione illud as

Ecclesiasticus.

Esaias.

Hesiodus.

ſeruí:ſed ad Heſiodí figmentum alludere tũc voluí.
REX. Haud ſatis equidẽ admirari poſſum: quo pa-
cto poetarum figmenta/theologice reſpondent veri-
tatí. LAZ. deſine mirari o Rex. nam et Hermes/ anti
que princeps theologie: his figmentis inuolui theolo
gicam veritatem voluit. nunc vero nude tantũ: ab om
nibus fabule aſſeruntur. quod futurum proſpiciens
Hermes: ſic vaticinando conquerítur. O Egypte/egy
Hermes.
pte/religionũ tuarum ſole ſupererũt fabule/ et eque
incredibiles poſteris ſuis: ſolaq; ſupererunt verba la-
pidibus inciſa/tua pia facta narrantibus. Sacri etiam
chriſtiane religionis theologi(quos prophetas appel
lant)poeticis figmẽtis vſi ſunt. quod ita eſſe deprehẽ-
des: ſi prophetarum oracula aliquando percurres: de
quibus in celeſti hierarchia/ſic iuxta pricipium/Dio-
Dionyſius
nyſius loquit̃. ne nos quoq; vulgi errore ſeducti: paſ-
ſim exiſtimemus celeſtes ac diuina ſpecie preditos ſpi
ritus/multis pedib⁹/multiſq; eſſe faciebus. Et ſiue ad
boum ſtoliditatẽ/ſiue ad feritatẽ leonum eſſe forma-
tos/ſeu ad aquilarũ recuruis roſtris effigiẽ/ſeu ad pi-
loſam auium plumeſcentiã fictos/ſeu rotas quaſdam
igneas et materiales ſedes/ad accubitũ ſumme diuini
tati neceſſarias: ſupra celum imaginari ſtolide icipia
m⁹/et equos diſcolores aliquos/ et ſatellites armatos
ac duces/et cetera id genus. que nobis euidenti et ex-
preſſa varietate ſignorũ: ſacratiſſime ficta tradũtur.
nempe poeticis fictionibus: theologia(vt eos deſcribe
ret ſpiritus)affatim vtitur/humane ſcilicet mentis(vt
diximus)infirmitatẽ nõ ignorans/eiq; propriã/& co-
gnitam viã/per quã ad altiora feratur/benigniſſime
prouidens/ac pro ipſius modo in ſacris litteris huiuſ
modi aſcẽſionis itinera ſternẽs. hucuſq; Dionyſius &

Rabi moſes Egyptius in libro/cui nomẽ Malachim: Moſes egyptius.
idẽ ſignificare videtur/dũ dicit. Premiũ quo nullum
ſublimius eſt/et bonũ poſt quod nullũ aliud bonũ ẽ/
quod quidem oẽs prophete deſiderauerũt: multis no
minibus ſacra ſcriptura vocat/ſcilicet mẽtẽ dei/taber=
naculũ dei/locũ ſanctũ eius/mõtem ſanctũ/aulã dei/
tẽplum dei/domũ dei/portã dei. doctores autẽ pran=
dium vocant illud: necnõ ſeculũ futurũ. Secũdũ hoc
Pythagoras ipſe atq̧ Empedocles/Parmenideſq̧ et
heraclitus: de dijs fabulati ſũt. cũ vero anima noſtra
(vt idẽ aſſerit Dionyſius)ſpiritualibꝰ actiõibꝰ ad itel Dionyſius
ligibilia moueť: ſuperflui iã ſũt cũ rebꝰ ſilibus ſẽſus. le
giſti etiã aliquãdo arbitror: vnde poema ortũ volũt.
ꝙ ſcilicet veteres ſapiẽtes: ſicut tẽpla deorũ humanis
auguſtiora habitatiõibꝰ edificari voluerũt/ſic ſermo=
nẽ quo hymni laudeſq̧ deorũ decãtarẽtur/quotidia
no ſublimiorẽ ſermone eſſe cẽſuerũt. ſicq̧ poema fuiſ
ſe iuẽtũ: ĩ quo veritas quidẽ latet/licet fabularũ ſit ob
ducta coloribus. REX. Id ſepiꝰ et audiuimꝰ: et apud
veteres legimꝰ. et ſuauis/iucũdus/et luculeñtus eſt ho=
die hic noſter ſermo adeo: vt(quãuis ſole amicleis fra
tribus iſiſtente/et vltimam veris tẽperãte partem/ſatis
aucta ſit dies: michi tamẽ bruma ãguſtior videať. ſed
age nũc: poſtq̃ qui ſunt gygãtes es ĩterpretatus/enar
ra etiã quo pacto itelligantur mulieres ille/quas dixi
mus. LAZ. Mulieres cũ quibus nõ ſũt coiquinati/qui
agnum ſequũtur: ſũt ſenſuũ blande ꝑſuaſiões/varieq̧
affectiões. quas filias hoĩm Moſes ĩ geneſeos libro ap Moſes.
pellat: ad quas filij dei ſiue angeli introierũt. quas fi=
lias: humana aĩa ab ipſa monade diſcedens/in par=
tes diſpeſcita innũeras(vt aſſerit philo)magno partu= Philo.
rit cũ dolore. parit eni falſas figuras/falſoſq̧ colores

ac desideria per oculos: et per aures vocum parturit blandimenta. Sic filiarum multitudine circumfusa/ opprimitur: tuncq; ad eas filij dei siue angeli ingrediuntur. Nam quousq; puri sapientie radij in animam rutilant/ per quos deum et eius virtutes ītuemur: nullus mendax nuncius cogitatum ingreditur/ sed exterius euagantes/ ad loca purgationum omnes arcentur. Cum vero per discessum ab ipso vno hebetatū lumen mentis/ imbecillius redditur: tenebrarum socij propere agentes/ cum effeminatis/ fractisq; perturbationibus conueniunt/ quas filias hominum Moses appellauit. he autem sibiipsis generant: et non deo. mēs autem deo: et non sibi generare iubetur. velut Habraham filium suum Isaac deo: non sibiipsi genuit/ illum deo offerre in holocaustum paratus. Adam vero vite lignum/ monadis scilicet cōtemplationem destituēs: ad lignum scientie boni et mali/ id est ad sensibilium prosecutionem descendens: multas filias genuit. sicq; a iusticia et dignitate lapsus: mortis perniciem incurrit. Vnde Moses. sic deum affert de eo dixisse.

Moses.

Ecce Adam quasi vnus ex nobis: factus est sciens bonum et malum. et in psalmis dicitur. homo cum in honore esset/ non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus / et similis factus est illis. Et Hermes in pimandro. homo autem cum considerasset in patre suo omnium procreationem: ipse quoq; fabricare voluit. vnde a contemplatione patris: ad spheram generationis delapsus est. et idem paulopost. homo/ harmonia superior extitit: in harmoniam autem delapsus / seruus effectus est. REX. Supra q̄ credi possit: hec tua michi grata īterpretatio. nā cum plures dentur/ pie optimeq; īterpretatiōes: hec vt videre videor/

Propheta.

Hermes.

ſcripturarũ eſt aîa. et michi ſuborta eſt magna mul=
tis de rebus interrogandi cupiditas : verum abſtine
ne nimium ab incepto diuagemur. LAZ. Abſtinen=
dum eſt o pie rex: ſi finem prime intentionis cupimus
attingere. inſtar enim lernee hydre/ huic preſenti ſer
moni: vno truncato capite/ plura ſuboriũtur atq₃ ſuc=
creſcũt. namq₃ hic quoq₃ iterrogãdi locus eſſet: quid
Adam / quid Eua/ quid ſerpens/ quid cetera id genꝰ
cõplura. Sed his pretermiſſis omnibus/ vnde digreſſi
ſumus/ ſi libet regrediamur. REX. Ita profecto faci=
endũ: ſi id dũtaxat vnum/ primo enarraueris. quo vi=
delicet pacto: ꝑ ligni ſcientie boni maliq₃ guſtũ/ mor
tẽ hõ incurrerit. LAZ. vtcũq₃ id poſſũ: accipe o Rex.
Cũ hõ tẽplũ lucidũ eſſet/ in quo ſpũs domini habita
ret/ cuiꝰ ꝑſentia/ gratia quidẽ nõ natura (nã diſcordi=
bus erat cõpoſitus elementis) ĩmortalitatẽ ſortiebat̃.
pacẽ elemẽtis: diuinꝰ ſplẽdor inhabitãs / imponebat.
Vbi vero per tranſgreſſum lux indignata receſſit: lu=
cis locũ/ tenebre ſubierũt. ſicq₃ lucidarũ tẽplum virtu
tum: factũ eſt tenebrarũ hoſpitium. Vnde nõ ſolũ ele
mentari/ frena ſunt relaxata diſcordie: verum etiã ab
immũdis virtutibus/ ad perniciem eſt accelerata. tũc
morbi innumeri: tũc orta eſt ſenectus. Vnde a Moſe
deſcribitur: paulopoſt trangreſſum / diuturnam ho=
mines degiſſe vitam . Verum vbi ſuccedente tempo=
re/ tranſgreſſui tranſgreſſus (impellentibus tenebris)
cumulati ſunt : cõtracta nimirũ vita. qua de re a deo
dictum eſſe : moſes aſtruit. non permanebit ſpiritus
meus cum homine ineternum: quia caro eſt. eruntq₃
dies illius centum viginti annorum/ nunc vero o rex
proh miſeri mortales: adeo contracta hominis eſt vi=
ta / vt vix quiſq̃ centeſimum annum attingat. Quin=

etiam nos(sed heu miseros)p omnem vitam tenebra=
rum socij inhabitāt, nec circumcisionis potuit libera-
re remedium. Baptisma vero q̄uis insufflante sacer=
dote/et dicente/exi ab eo spiritus immunde/ et da lo=
cum spiritui sancto nos ab immundis virtutibus redi
mat: tamē p peccati actū iterū ingrediūtur/et nos pe
ne/violente ad omnia scelerum genera pertrahunt/
raptant/cōpellunt. quod preuidens Hermes: sic vati
cinādo exclamat. fiet deorū ab hominibus dolenda
secessio: soli nocentes angeli remanebūt. qui humani
tati commixti: ad omnia audacie mala/ miseros(ma=
nu iniecta) compellent in bella/in rapinas/ et in oīa/
que sunt animarū nature contraria. REX. An forte
aliquādo homo: in primam felicitatē redibit? LAZ.
Cum de vita perpetua loqueretur multiq; increduli
scandalizarentur et retro abirent: sic ipsa per se veri=
tas christ⁹ IHESVS īquit. hoc vos scādalizat: si fili⁹
hominis reditur⁹ est vbi prius fuerat. Et rabi Ioseph
in sepher zoar/id est in libro splēdoris: sic asserit. ab=
esset penitus nobis interitus: si nō deliquisset Adam.
Sed quia serpētem audiuit: vtriusq; nature obitum si
bi/natis/nepotibus/posterisq; peperit. propter quam
culpam generatio remāsit imperfecta/que non habet
consummationē vsq; ad aduentum regis messiach. &
tūc euanescet tante inobediētie ac inteperātie macu=
la: redituriq; sunt homīes ad primā naturam/ad quā
mēs diuina intēderat. Ad pria igitur bona homo(vt
opinor)reuertet. ast interī nos nimiū infelices: et pri=
mi scelus et nrorū criminū pōdera substinem⁹. REX.
Deplorāda est igitur nimium humana miseria. quia
quod in nobis per ade factū originale fuerat/et qua=
si in fomite: pprijs operationibus effectū est actuale.

Hermes.

Ioseph

Quotidie enim: oẽs ligno pascimur vetito. Nemo est qui demũ respiciat. nemo est qui requirat. nemo est (vt ꝓpheta ĩquit) vsqꝫ ad vnũ LAZ. deplorãda nimiũ (vt asseris) et veris digna lachrimis/ mestaqꝫ digna q̃rimõia. quare obsecro: dũ sic queror/ paulisꝑ attẽde.

¶ Qꝫ vario studio irritos/ labores
Impediunt homines/ deo relicto.
Qꝫ sunt immemores sui decoris:
Quem dono patris ante possidebant.
Qꝫ diuam effigiem in polo leuatam:
Proni tartarea inquinant sub vmbra.
Obliquam reputant sui parentem
Vmbram: nec meminere lucis alme.
Que vere peperit/ suitqꝫ nutrix:
A mentis cecidere dignitate.
Exercent bona iam nec vsqꝫ ad vnum.
Nemo mente pius/ deum requirit.
Nemo legitimum colit parentem.
Ast omnes simulacra vana fassi:
Se carnis tribuere vanitati.
Ac omnes babylonia vrbe vincti
Vrbem deseruere sanctitatis.
Et vinum meretricis vt biberunt:
Complexum dare virgini recusant.
Clamat virgo syon/ suos requirens/
Merens vt vidua/ atqꝫ destituta:
Quid vane meretricis ore blando
Illecti/ meliora deserentes/
Sub mortis pede colla subdidistis?
Heu cognoscite luridum venenum:
Hoc sub mellifluo fauo latere.
Vobis ille procax merum propinat:

Fures efficiens/adulterosq;.
Vos ille ad laqueos agit latentes:
Et seuam insidiatur vsq; mortem.
Sunt huius comites feri gigantes:
Qui mortem cumulant babel/struuntq;/
Contra sydera bella molientes.
Sed tantum trifido igne deprimuntur:
Immersi pariter lacu profundo.
Prima en dulcia: finis est amarus.
Ad me iam reuocate vosmetipsos:
Quorum sum genitrix/thoriq; consors.
Que vos vbere lactis educaui.
En commisceo vina puritatis:
Et que virgineos pios alumnos
Et sacros faciunt dei ministros/
Regni (quod properat) throno locandos.
Hec sint vltima nostra rudimenta:
Que vos mente tenus precor tenete.
Christi in lumine lumen obtinentes:
Tetro a lumine lumen abstinete.
Sed clamet licet vsq;/et vsq; et vsq;/
Et tanq̄ genitrix pias mamillas
Plenas offerat: aure quisq; surda
Heret/nec retrahit pedes retrorsum.
Ceno more suis iacet volutus:
Sordentiq; sitim leuat palude:
Et claros bibere abnuit liquores.

¶Sed iam ad finem optime rex deuenimus querimonie: tu modo si memineris reuoca/de quo me in orationis fronte/interrogaueras. REX. et memini: & tenaciter heret. dictū namq; est' cognitionē sui ad felicitatem viam pādere. ego autem intelligere percupio:

quo pacto nosmetipsos cognoscere possimus. LAZ. Ergo attende. sicut enim eā q̄ videtur in speculo/aut ī numismate/imaginē nequim⁹ agnoscere: nisi a quo resultet/quemve referat pri⁹ dignoscam⁹: ita nisi deū nouerim⁹/nos ipos agnoscere vllo pacto nō possum⁹. connexa enim adinuicem hec sunt: vt ignorato vno ignoretur et alterum. dei namq₃ sumus imago: vt in sacris oraculis proditum est. et licet multi ad imaginem esse et esse imaginē differre cōtēdant: ego tamē idem significare sentio. REX. Affer aliquod si quod habes: in hoc/testimonium. LAZ. Nimiū ab incepto euagari iubes: vbi etiā primū ī viā redim⁹/rursus euagari nos p̄cipis. at mee licet nude oratiōi te assentire par est: si (quod deprōpturus sum) arcanū p̄cipere velis. diu enim hec mecū pertriui/pertrita digessi/digesta deniq₃ in mentis thesauro cōdidi. Oportet (vt vulgo fere dicitur) addiscentē esse credulū. REX. Credo equidē. sed quāto antiquorū testimonijs sermonē tuum magis firmari audio: tāto vberi⁹ pascit̄ anim⁹. vbi autē id vnū absolueris: in viā ilico reuocabim⁹ pedē. LAZ. Philo in secūdo de agricultura: enarrās illud Moseos dictū/faciam⁹ hoiem ad imaginē et similitudinē nostrā sic inquit. At magn⁹ Moses nulli genito speciē hūane nature similē appellauit. dixit autē ipsā diuini et inuisibilis imaginē dei. Paulus vero ad chorinthios. vir quidē nō debet velare caput suū: quoniā imago/ et gloria dei est. Cum igitur Moses et paulus per spiritum sanctum sint locuti / et ipse secum spiritus sanctus dissidere non possit/ et Moses ad imaginem/ Paulus q̄ vir imago dei sit dixerit: idem proculdubio significare voluerunt. asserēdum etiam est quod Hermes asserit in pimandro. Pater omnium / intel-

Philo. Moses Paulus. Hermes.

lectus/ vita et fulgor existens : hominem sibi similem procreauit/atq; ei tanq̃ filio congratulatus est. et alibi de deo loquens : sic inquit. cuius nomen est omne nomen: cuius natura est omnis natura. Si igitur omnis natura imago dei est: multo magis homo/propter quem facta sunt omnia. REX. Equum iam existimo que notissima sunt trãsigere / et ad id reuerti potius/ de quo interrogatio precessit. difficile enim videtur/ et supra humane mẽtis esse vires: deum posse cognoscere. cum dicat ipsa veritas : nemo nouit filium nisi pater/ et nemo nouit patrem nisi fili⁹ / et cui voluerit filius reuelare. LAZ. Hic tuus sermo o rex: quedam responsio est/ad id quod dictum superius est / nisi videlicet nouerimus deum/ nosipsos cognoscere nõ posse. Tu vero contra/sacra firmatus authoritate: deum asseueras non posse cognosci. ego vero nũc non tanq̃ poeta/in muse tripode sedeo / vt mẽtis inops quecũq; influat licenter effundam: at vt christianum decet/ꝑ montis syon nemora et vmbras/ perq; aprica tempe quotidie spacians/diuinis ita preceptis sum institut⁹/ vt quecunq; hic coram enarraturus sum/ ratione prius et experientia simul aperta/cognouerim. nõ enim me latet: nihil ex ijs que sensu percipimus: de deo absolute affirmari posse. Quicquid humana namq; definit intelligentia : infra deum infinitum esse oportet. non igitur hic moneo ita nos deum nosse oportere: vt qualis sit in sui a rebus separatiõe/qualis in omnimoda sui in se ipso clausione / qualisue in extrema ac solitaria in profundissimũ sue diuinitatis recessũ ac caliginẽ retractiõe/ queve eius sit substãtia dignoscamus. hoc enim difficile nimis: immo impossibile. nam humanus tantum nequit ascẽdere intellectus.

Quod cum Plato preter humane mentis vires/conatus fuerit/inenarrabilem demum intuitus dei excellētiam: in perniciosum letiferūq; errorem lapsus est deum videlicet asserēs hominibus nō misceri. Quod si ita esset: infelix humana natura/in tenebrarum potestate derelicta/ tabesceret. At contraria est/ nostra omnis christiana professio. deum enim incarnatum/ et nobis participatum cōiunctumq; ꝯfitemur. Quocirca sic nos deum cognoscere oportet: queādmodū Dionysi⁹ in libro de diuinis nominibus precepit. Diuina quippe omnia (inquit) et que nobis enodata patuere: solis noscuntur participationibus. Porro ipsa cuiusmodi in suo principio/suaq; sede sint: nullus sensus attingit / nulla substantia/ nullaq; scientia penetrat. deniq; siue supersubstātiale illud occultum/siue deum aut vitam/siue substantiam/seu lucem/ seu verbum appellemus: nihil intelligimus aliud/ q̄ ex eo in nos emanantes participationes atq; virtutes/ quibus assumamur in deum / et que nobis/ vel substantiam/ vel vitam/ vel sapientiam largiantur. Plurima enim diuinarum sunt rerum (vt idem ī ecclesiastica asserit hierarchia) que hominibus ignorata: causas habent dignissimas/excellētioribus ordinibus cognitas. Cōplura item summas illas substantias latent: que soli ipsi vnico deo/sunt manifesta. Positi enim sunt humane cōditionis grad⁹/et termini: quos supgredi nō possum⁹. REX. Vera quidē narras: sed velim quo pacto nos deū cognoscere oporteat edoceres. LAZ. Cū de⁹ sit sup oēm incōprehensibilis intellectū (vt in mystica theologia Dionysi⁹ testat̄) supra oēm sermonē ienarrabilis/ supra oēm positionē/ ablationē/ supraq; oēm affirmationē & negationē: oportet nos firmiter cre-

Plato.

Dionysius

Dionysius

dere / et simpliciter profiteri / q deus vnus in trinitate / et trin⁹ in vnitate sit / pater / filius / et spiritus sanctus. Qua in re: nobiscũ etiã hebreorũ doctores cõueniũt. sicut in bresit Raba: ex rabi Mose Adera legitur. deus principium omnium lux / eternitas / sanctusq; vocatur ab: id est pater. deus vnus / profunditas / sapiẽtia / fons a quo omnia facta sunt / et genitus est vel exijt et primũ principiũ vocatur Ben / quod interpretatur filius deus / radix cordis / et perfectio volũtatis / vel volũtas vna ambobus / et vocatur cõgregatio visionis dei / et omnes sunt eiusdem perfectionis / et vnum iuicem / nec differunt abĩuicem / sed omnes sunt vnũ. cõsidera q̃ aperte: his verbis diuina trinitas asseratur. Quidã tamen hebreorũ / siue ignorantia circumuẽti / seu malicia impulsi: in diuinis / trinitatẽ pertinacissime inficiãtur. nos autẽ eam debemus firmissime tenere: si veritatem sequi / et immortalitatẽ consequi volumus. et ea omnia de diuinitate nos credere necesse est: que a sanctis patribus per canones instituta / definitaq; sũt. que si nunc memorare velimus: in lõgum nimis protrahem⁹ orationem. sed quid nos idoneos / optimeq; dispositos capiẽdo mysterio / quod mente parturio efficiet? id sane: si meditemur q deus est omnium causa / omniumq; creator / omĩaq; post se / propter diuinũ precipuumq; animal ipsum videlicet hominem / creauit. Nam (vt ait Hermes) deus vt hominem formauit / propria forma delectatus: opera omnia vsui concessit humano / seq; ei ex animãtibus soli manifestauit. propterea admiratione stupescens: propheta exclamat. domine quid est homo quia inotuisti ei: aut filius hominis / quia reputas eum? Adeo deus hominem magnifecit: vt ab eternitate in tempus descenderit / ami-

Hermes.

ctūq; carnis accipiens deus homo factus est. Magnifecit igitur deus hominem opus manuum suarū. nā magnifaciendus est. non enim ignorat summus ille opifex: suum quanti debeat opificium estimari. Nam sicut celum imagine sui et lumīe/ea agit que vis ignis naturali non efficit qualitate: ita deus per sui imaginem id est hominem/ ea perficit/que ipse mūdus/sua innata virtute agere non potest. sic Moses/sic Iosue sic Helias/sic ceteri prophete et sācti dei: maximis claruere potentijs. REX. probe admodum narras: sed age dic obsecro quid est anima hominis. LAZ. Non nunc secundum Aristotelis sententiam respondebo: q; sit forma corporis organici. non secundū varia philosophorum placita/q; sit essētia/vel numerus se mouens/vel harmonia/vel idea/vel quinq; sensuum functio sibi conspirans/vel spiritus tenuis per omne corpus dispersus/vel vapor/vel scintilla stellaris essentie/vel cōcretus corpori spiritus/vel spiritus athomis insertus/vel ignis/vel aer/vel aqua/vel sanguis/vel q; ex quaq; essentia constet/vel q; ex terra et igne simul/ siue ex terra et aqua/aut ex aere et igne. forte quidem hec secundum varios proportionum modos/translatione accomodata: vera sunt. ego autem (vt compertum/certumq; habeo) secūdum hebreorum mecubales/siue cabalistas/tibi Rex iclyte respondeo: lumen scilicet dei animam esse hominis. vel secundum Philonis sētētiam in libro de agricultura: animam hominis ad imaginem verbi/cause causarum/primi exemplaris esse factam/ac substātia dei/sigilloq; figuratā/ cuius character est verbum eternum. Aut quibus Pimander Hermeti: eisdem tibi verbis definite respondebo. Quod in te videt et audit: verbum domini/mens

Cabaliste.

Philo.

Hermes.

autem pater deus. neq; enim distant ab inuicem. horum vnio: vita est. REX. Miranda quidem sunt hec. LAZ. Profecto vera. que ita esse comperies: vbi omnē hunc meum sermonem/ liquido et perfecte ītelliges. REX. Spero equidem/ et cupio vehementer: tu autē vlterius perge. LAZ. velim sane optime Rex. tecum ipse animo cogita: per antedicta animaduertes / quo pacto hec inuicem connexa sunt/ vt a dei cognitione in tui cognitionem descendas. sic enim excellentiam substantie tue comperiens: non te vtiq; negliges/ non abijcies/ non in cenum prosternes/ sed emerges a corpore/ a teipso/ & ab omnibus sensibilibus/ libere/ absolute/ et pure excedendo ad supersubstantialem lucidissimamq; caliginem/ vbi deus ihabitat euolabis/ teq; in potestatum numerum inferes/ receptusq; inter potestates deo frueris/ diuinamq; deiceps sobolem propagando/ deo non tibi propagabis. nam semper: simile a suo simili procreari necesse est. REX. Sic sane nitor: enitarq; diligenter. LAZ. ego vero o pie Rex: vt firmus huic sacro insistas operi/ te sedulo admonebo. non quemadmodum imposito cinere populum sacerdotes monent. Memento homo quia cinis es/ et in cinerem reuerteris (hi enim exteriorem & mundanum monēt hominem: et ceu seruum ad bona officia timore compellunt) sed te tanq̄ interiorem/ et substantialē hominem/ et tanq̄ dei filium amore quodam ingenti/ his Hermetis verbis alliciam. Reminiscere homo/ reminiscere: quia lux et vita deus est pater/ ex quo nat⁹ est homo. Si igitur teipsum comprehenderis ex luce et vita compositum: ad lucem rursus vitamq; trāscendes. REX. Totus immutor hodie tuis verbis o Lazarele: totus excedo/ totus me desero/ totum me innoua

Hermes.

ri ſentio quemadmodum glaucum in enboica aute=
done ſe verti guſtu mirifici graminis ĩ equorei numi
nis naturam ſenſiſſe/iter fabulas cum puer eram/au=
dire ſolebam. LAZ. Optima eſt hec ĩmutatio noſtra
o Rex: cum paulatim diuino lumĩe regenerati/in ve
ros homines emigramus. verus autem homo(ait Her Hermes.
mes)aut celicolis eſt preſtantior: aut ſaltem pari ſor=
te potitur. REX. qui recte verus homo appellari po=
teſt? LAZ. qui diuinũ non confundit ordinem: ſueq; Habraam.
creationis finem conſequitur qualis fuit Habraam/
de quo dicitur in libro quem hebrei vocant Abuda
Zara. anno etatis ſue quinquageſimo ſecundo in vr=
be arana vt verus homo/et veri cultus/vereq; obſeruã
tie cepit docere dei cultum: et octo annos continuos
edocuit. et Dionyſius ad Caium cultorem: ſic de do= Dionyſius.
mino noſtro IHESV inquit. nos autem IHESVM
non humana ratione diſcernimus(neq; enim ille ho=
mo tantum eſt: neq; superſubſtantialis eſſe poſſet qui
homo tantum eſſet)ſed eſt homo verus. oportet autẽ
o Rex: hanc veritatem conſequi/frequentibus admi=
rationibus/obſecrationibus/laudibus contemplatio=
nibus/diuq; circa diuina verſando. quod vt oportu=
nius id homines valeant aſſequi: dicit Hermes/Mu= Hermes.
ſas ad homines deſcendiſſe. conuerte huc o Rex: om=
nes tuarum muſarum vires. quas tu a Pontano aut
alio quopiam poeta audiueris: atq; tui ĩgenij huc ro=
bur applica. obſecra/admirare/lauda/cõtemplare di
uinitatem. hoc enim pacto ad maximum et deificum
myſterij arcanum: quod(modo deus aſſit)promptu=
rus ſum/commode diſponeris. his quoq; rebus(vt ait
Hermes)celum celeſteſq; delectantur omnes. REX.
Ita vt mones faciẽdum: vt in nos influat deificus om=

nipotẽtis radius. idq; precamur: vt caste sanctecq; dis-
positi inueniamur. LAZ. Adesto itaq; toto mentis
affectu: dum contemplationis hunc hymnum conci-
no. attende igitur/ verbaq; et intellectum/ intenta me
ditatione percipe. REX. exequere: nos tibi adsumus
et intentis animi viribus/ hymnũ expectamus. LAZ.

Eia mens mea cogita/
Nunc miracula maxima:
Quis fecit nichilo omnia?
Solus sermo dei patris.
Sit benedictus:
Sermo parentis.
Omnia laudes:
Dicite verbo.
Quis celo rutilas faces/
Eternis vicibus dedit:
Vt rerum varient vices?
Mens sola exoriens deo.
Ergo pimander:
Sit benedictus.
Mentis imago:
Mens cane mentem.
Quis solem hunc nitidum sacre/
Fecit lucis imaginem
Scrutandi statuens gradus?
Lux sola ex patre defluens.
Sit benedicta:
Lux patris alma.
Lux mea matrem:
Concine lucem.
Quis lunam et reliquas poli/

Stellas sumere mutuum:
A sole instituit iubar?
Dans lucem reliquis deus.
Sit benedicta:
Lucis origo.
Hymnica cantent:
Quelibet astra.
Quis celi varia globos/
Conuerti imperat orbita
Atq; hinc restitui inuicem?
Solus mundi opifex deus.
Sit benedictus:
Conditor orbis.
Celica cuncta
Dicite laudes.
Quis nam corporeis agit/
Vitam compositis: quis et
Vitam incorporeis dedit?
Qui vita est reliquis deus.
Sit benedicta:
Vita parentis.
Gaudia promant
Omnia viua.
Quis cunctis animalibus/
Preponens hominem/iubet:
Celo attollere lumina?
Qui nos progenuit pater.
Sit benedictus:
Qui genuit nos.
Dic genus omne:
Carminis Hymnum.
Quis cum vox alijs data est/

Mentem et verbum homini dedit:
Veram patris imaginem:
Qui mens/sermoqꝫ patris est.
Sit benedictus:
Sermoqꝫ mensqꝫ.
Hec duo mundum:
Constituere.
Quis cum compleat omnia/
Ipsum solum hominem eleuat:
Sorbet vertit et in deum:
Noster spiritifer deus.
Sit benedictus:
Spiritus almus.
Huncqꝫ canamus:
Qui replet orbem.
Quis nos corporea lue/
Flatu purificat sacro:
Humanam speciem incolens:
In sancto qui habitat deus.
Sit benedictus:
Cui sumus edes.
Concine laudes:
Turba piorum.
Quis cum primus homo locis/
Errans pergeret inuijs:
In rectam statuit viam:
Natus virgine filius.
Sit benedictus:
Virgine natus.
Dic homo proli:
Virgiuis odas.
Quis cum rursus imaginem/

Fedarint homines ſacram:
Offert(vt releuet)manum:
Sanctus/inſtus/et iſrael.
Sit benedictus:
Ergo redemptor.
Qui ſua/morte:
Septa redemit.
Quis cum ſint vetera omnia/
Atqꝫ obducta olido ſitu:
Totum reſtituit nouum:
Mens ſola omnipotens dei.
Sit benedicta:
Mens patris. Hymnos
Secula dicant:
Cuncta ſonoros.
Nos tandem ecce quis inclyto
Lapſos reſtituit throno:
Subdens omnia filio:
Summi conſilium patris.
Ergo reſurge:
Torpida facta.
Mens mea carnis:
Solue cathenas.
Quid tu legitimo patri/
Quid tu mens mea filio:
Sancto ac ſpiritui dabis:
Laudum dulciſonos modos.
Sit benedictus:
Qui mouet omne.
Omne ſed ipſe eſt:
Trinus et vnus.
Contēplati hactenus ſumus:nūc vero quod reliquū

est ꝓsequemur. REX. ingenti amore erga deū / hoc tuo hymno inflammatus sum: qui tantis hominē preconijs extulit. et non solum amore incēdor: verū etiā extra me stupore pene posit⁹ sum. quēadmodum accidere solet ijs: qui forte in torpedinem piscem inciderunt. talis enim tuus apparuit hymnus: non qui musarum vt aiunt inspiratione / sed verbi dei numine ꝓdierit. quid mirum igitur: si mētem inflammat / si euocat / extraq; rapit? LAZ. Dāda erit igitur in posterū opera: vt talis ꝑseueret amor / indolescat / crescatq; indies. inferiora enim ipe amor ad superna cōuertens: illa adinuicem vnit / cōnectitq; pariter. verum cōtemplatio amorem prius excitat: amor deinde humanā mentem ad deum conuertit. Conuersa vero ita a deo formatur: vt innatum sibi vigorē (quem per materialiū rerum affectus amiserat) resumēs / integra virtute sua / admirabiliora atq; maiora q̄ ipa celi natura operetur. REX. Diuino amori insistendum vt mones: verum dic queso / que opera mens hūana sic informata patiatur? LAZ. Prudenter interrogas optime rex. nā quod quisq; ignorat: nūq̄ rite operabitur. tota igitnr nunc mentis intentione adesto. vt qui in corpore manens Rex a deo constitutus: etiam e corpore ꝑ separationē euolans / spirituali luce circumfusus / rex ꝓpe tua ditione perseueres. nunc in vestibulo caliginis sumus: in qua deus inhabitat. Attende igitur: vt expeditius ī lucidissimam dei caliginem ingredi valeas. REX. Attendo equidem: nihil maius affectans / q̄ si forte me introduces. LAZ. Oportet nos o rex: primū preter cetera intelligere / deum esse fecundū / cū omnium sit auctor et genitor. quare appellat eum Hermes vtriusq; sexus fecunditate plenissimū. Orpheus

Hermes.
Orpheus.

vero:et masculum et feminam eum esse canit. at vt firmius ita esse credas: audi ipsum per Esaiam ita esse dicentem. nunquid ego qui alios parere facio: ipse non pariam? Si ego qui generationem ceteris tribuo: sterilis ero ait dominus deus tuus. Dicit itē diuinus Dionysius/in diuinis nominibus. q̄ cū amor in bono antea excellenter esset: nequaq̄ ipsū/in seipso infecundū manere permisit. sed ipsum ad operādum mouit: per excellentiā cuncta gignētem. REX. ita esse vt memoras nequaq̄ velim ābigere. at o Lazarele/ex hac diuine fecūditatis agnitiōe: quid precipuū tandē assequemur: LAZ. iam audies optime rex. Hac ītellecta/cognitaq; dei fecūditate: oportet deinceps intelligas/cū homo sit gloria et imago dei vtriusq; sexus fecunditate (vt ait hermes) a deo munitū esse. REX. hoc omnes aperto didicerūt experimento: & ne solum quidē hominē/verūetiam cetera animalia omnia fecunda esse conspicimus. Quod si secus esset: nō per tot secula eorum genera perdurassent. LAZ. id omnes (vt narras) intelligunt: sed quod nunc molimur/omnes ferme ignorāt. REX. quid illud est: age ocyus exprime. vehemēter enī vt audiā affect⁹ sum: difficileq; moras tolerat animus. LAZ. haud q̄q̄ sermo meus de hac ipsa (quā affers) corporis ē fecūditate: sed de ea que mētis est/que etiam per corpus redundat. REX. que nā est ista mentis fecunditas? LAZ. tota nunc intelligētia sermoni te applica: ne forte que dicēttur/protinus euanescāt. REX. quoad vires aderūt: tu vero verba prosequere. LAZ. Mens humana cum prime mētis sit imago: ab illa/non solū fecūditate verūetiā et imortalitate donata est. quequidē duo precipua munera: sue imagini/sermoni videlicet/mēs ipsa communicat.

Esaias.

Dionysius

Propterea Hermes asseruit mētē et sermonem eiusdē cū imortalitate precij esse. si quicunq; his in eo quod congruit/vteretur: nequaq̄ ab imortalibus cēsuit discrepare/quinimo ab his in beatorum choros traduci demū asseuerauit. hec enī duo o Rex/adiuicē cōiugata: diuinā sobolē pariūt. REX. id verū esse haud dubitauerī o Lazarele: si sciētias forte et bonas artes/sobolem esse mētis vis innuere que a mente primū conceptę/et per verbū in exteriores sensus tanq̄ ad partū deducte/scriptis ad posteros reseruātur. LAZ. et sciētie/et bone artes/mētis ꝓpagines sūt/ sed homonyma quodā modo generatiōe ꝓducte. ego aūt de vniuoca &(vt ita dicā) syngenea mētis gn̄atione hic dissero: vt idē cū genitore sit genitū. simile enī partu vniuoco: a suo simili semꝑ ꝓducitur. REX. Quid illud obsecro: ne diutius narrationē suspēde. LAZ. cōsidera iā o rex si tante corpus virtutis est vt sibi simile corp⁹ ꝓducat: quid obsistere poterit/ne mens mētē generet/que corpore est excellētior? REX. mētē geniti a genitoris mēte ꝓduci forte astruis: o lazarele. LAZ. nō ea ī re nostra nūc versatur oratio. sed in ea mētis generatione quā cū Hermes Esculapio reuelasset/in extasim excessuq; mētis ille cōuersus/ob incredibilē rei magnitudinem se vehemēter confundi exclamauit/seq; arbitrari eū felicissimū fore hoīem/qui tātū esset muneris assecutus. REX. nō opus est lazarele: vt tanta verborū circuitione/meā mentē itendas. nā istar dolij musto pleni/quod spiramen nō habet: pre nimia pene intentione disrūpor digerere ocyus quod cōmittis. LAZ. Ecce o bone rex deo dilecte morē tibi esse gerendum sentio/nō a socratico demone percitus/sed a spiritu IHESV Christi/qui in suis cultorib⁹ habitat. En vo

cati sumus ad summã animi felicitatẽ. ecce nũc nobis paradysi aperiũtur delicie/celestis reuelat̃ ciuitas ad mõtem/ad tabernaculũ/ad aulã dei patet access⁹. En israel regnũ(quod poete aureã vocant etatẽ)pro quo christus IHESVS docuit orare discipulos: nobis ãte oculos proponitur. sex operũ laborũq3 dies trãsierũt: sabbati illuxit requies/veritasq3 & sapiẽtia obuiã ꝓpe rat. En ex sapiẽtie adytis: imortalitatis thesaurus nobis effoditur. En nectar. en ambrosia. en mãna. en victima. en cena agni: ad quã volucres celi properant. nos cõuiuas pascet/et hospites. lignum vite erit nobis posthac in odore vnguẽti. nõ noster vltra laborabit/non fatigabitur animus. ergo dũ diuine generatiõis hymnũ diuino perpulsus numine depromo: totis mi chi animi viribus adesto. sic enim ineffabilis mysterij compos efficieris. REX. En animo et auribus parat⁹ asto: meq3 ipsum totis viribus intendo. LAZ.

Id aduenia͡t regnũ tuũ.

Quo plenum quoue loci me genitor rapis?
Hic ne est ille locus/quo pius attulit
Se Henoch ille senex/qui placuit tibi:
Dum plantas sequitur tuas?
An hec montis oreb vel sinai iuga:
Tesbites vbi se/corniger aut vbi
Moses se occulit/vt det populo sacras
Iam legis veteris notas?
An sanctus fluuius verbigene dei
Se se tingit ibi/corpus vt expiet.
Nunquid forte sacer mons potius tabor?
In quo sic homo splenduit:
Vicit solis vbi luciferas rotas.
En vestis intuit candidior niue.
En nubes super apparuit albior:
Vox vnde intonuit tua.

Ante euum sobolem: hinc temporibus suis
Tectam (vt fata dabant) corporea domo:
Humanum vt redimat genus.
En me rumpit amor/seu potius furor
Cōceptus/face que me irradiat tua.
Que secreta mihi/cognita nec diu:
Et celos aperit libens.
Nil nunc ipse humile exordior/aut leue.
Nil mortale quidem aut exiguū cano.
Ast insigne animis pluribus/ac recens
Indictumq; alia lyra.
Quod priscis vetitum est/quodq; parabolis
Vix olim licuit dicere: nunc mihi
Nudis das veniam promere versibus:
Vt fiant dociles viri.
In fatis etenim sic canitur sacris:
Supremis quoniam temporibus pater/
Cunctis clarus eris/tunc dociles tui
Regnabunt homines pij.
En nunc incipio, muta silentijs/
Pronis cuncta meos auribus audiant:
Diuino grauidos eloquio sonos.
En tango digitis lyram.
Hec certe nouitatum nouitas noua/
Et mirabilibus maius id omnibus:
Naturam q; homo dei reppererit/
Q; q; ipsam sapiens facit.
Nam sicut dominus vel genitor deus
Celestes generans procreat angelos:
Qui rerum species/qui capita omnium
Exemplaria/primaq;.
Diuas sic animas verus homo facit:

Quos terre vocat Athlantiades deos.
Qui gaudent homini viuere proximi
Letanturqꝫ hominis bono.
Hi dant ſomnia preſaga/feruntqꝫ opem
Erumnis hominum dantqꝫ mala impijs.
Dant preclara pijs premia/ſic dei
Complent imperium patris.
Hi ſunt diſcipuli/hi ſunt famuli dei/
Quos mundi figulus fecit apoſtolos
In tellure deos/quos nimis extulit:
Senſu de ſuper indito.
Hi fati reprimunt queqꝫ pericula:
Morborumqꝫ fugant perniciem procul.
Complenturqꝫ per hos verba prophetica.
Hi verbum faciunt dei.
Mentem propterea perſimilem ſibi/
Sermonemqꝫ homini iam genitor dedit:
Vt dijs conſimiles parturiat deos.
Patris iuſſaqꝫ compleat.
Felix ille nimis qui ſua nouerit
Sortis munera/perfecerit et libens.
Inter namqꝫ deos connumerandus eſt:
Nec dijs eſt ſuperis minor.

Intellexiſti quod inſpirante deo reuelatū eſt:id profecto(ſicut ī ſacris oraculis/ ſabbata ſabbatorū/ſācta ſanctorum/cantica canticorum legim⁹) arcanum arcanorum merito nūcupari poteſt.quod non tantum mihi eſt et auctoritate ſapientū et rationibus perſuaſum: ſed certe eſt et experientia cognitū. Quod ſi nō deſtiteris:apte cognoſces. At iterea obſecro/quod ex mero veritatis fonte manauit : intra mentis penetralia clauſum retine. ne quis incredulus/ imperitus/ac

rudis: id exaudiat. REX. Faciendũ vt mones plane est. nam si Eumenio philosopho occultorum curioso Eleusinas deas aiũt iratas: q eleusina sacra vulgo ꝓdidisset: multo magis credere fas / summũ illum rerũ opificem indignatum iri / si arcana sui mysteria / passim inuulgẽtur. qui etiam vetuit margaritas suas ante porcos mitti. sed quid dicam nũc o Lazarele: adeo amore / admiratione / et gaudio simul cõfundor / vt pene extra me in mẽtis excessu posit⁹ / vbi sim nesciam. LAZ. Nec mirum o felicissime rex. Nam si quelibet rerũ (licet minima) nouitas / sensus immutat: multo magis et excellentius id operatur hec ea ipsa res / que non solum sensus / verum et ipsos mentis obtutus precipua sui sublimitate repercutit / ac penitus obtũdit. REX. velim nunc edisseras o Lazarele (si forsan habes) qui ex sapientibus / aut antiquis / aut recentioribus: hac de re pertractarunt. LAZ. Vt per pauci adeo tantum numeris ab initio consecuti sunt: ita et pauci tractare potuerunt. nemo enim pro dignitate precipit quod ignorat. REX. At hi pauci: qui sunt? LAZ. Enumerabo succincte quos sentio. ĩprimis quidem Hermes: per omnes suos qui nũc habentur dialogos / de hac re occulte ꝑcipit. sed in dialogo ad Asclepium / qui de diuina voluntate inscribitur: multo apertius narrat. Item asserũt hebreorum magistri: Enoch in quodam suo libro / de superiori et inferiori rege / mẽtionem fecisse. et qui ambos vniret: quotidie sibi disponi letitiã desuper. quod nihil aliud est mea sentẽtia q̃ huius arcani mysterium. Abraham quoq; in libro qui Zepher izira / id est formationis liber appellat: docet sic nouos formari hoies. eundũ videlicet esse in desertũ mõtem vbi iumẽta nõ pascant: e cuius

Hermes.

Enoch.

Abraham.

medio adamã id est terrã rubram et virgineam esse eruẽdã / deinceps ex ea formãdũ esse hoiem / et ꝑ mẽbra / rite litterarũ elemẽta fore disponẽda. qđ sic mea sententia est intelligẽdum. mõtes deserti: sunt diuini sapiẽtes. qui ideo deserti. nã vulgo despiciunt. iuxta illud sapiẽtie. Nos isensati vitã illorũ existimabamꝰ insaniã. Et Hermes. qui se huic sapiẽtie dedicãt: neqꝫ ipsi vulgo / neqꝫ illis vulgus placet / isanire demũ putãtur risũqꝫ reportãt. interdũ etiã odio habentur: cõtumelijs afficiunt / vitaqꝫ priuãtur. A platone quoqꝫ in phedro: sic habemus. ab humanis autẽ studijs segregatus / diuinoqꝫ inherẽs: carpitur a multitudine / quasi extra se positus. sed ipso deo plenus: multitudinem latet. Iumenta autẽ secũdum Philonis interpretationem: corporei sunt sensus / quos septẽ esse enumerat. hec iumẽta: montes non depascunt. nã diuini sapientes: sensuũ persuasionibus nõ alliciũtur. Adama vero id est terra rubra et virgo: ipsa sapientũ mens est. q̃ vino messie / quod virgines germinat: virginea effecta est. Ex hac igitur terra / nouus formatus homo: mystica litterarũ per mẽbra dispositione viuificatur. Nam diuina generatio: mystica verborũ ꝓlatione / que litterarũ cõponũtur elementis / sacratissime cõsumatur. Qua de re hi mõtes ꝓ diuina formatione sunt adeũdi. nam sapientũ tãtum mentes: diuine generationis sunt cõpotes. hoc igitur pacto Abrahã tãtũ mysteriũ (meo iudicio) enigmatice reseruauit ad posteros. Sed lõge ante omnes: dñs nr̃ HIESVS christus verꝰ messias / et verbis precepit / et opere adimpleuit / sicut Asaph de eo fuerat vaticinatꝰ inquiens. Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio. Et sicut scribitur in libro bresith Raba / a Rabi Mose

Hermes.

Plato.

Philo.

aderſan: q̄ facta inter quoſdā talmutiſtas ſacrarū re
Amiona. rum diſceptatiōe/ dum rabi Amiona ex authoritate
Enoch. Enoch hoc ſecretum cōmemoraſſet Rabi Symeō fle-
Symeon. uiſſe et riſiſſe dicitur / demūq3 dixiſſe. hec eſt diuina volūtas: que nō vult alicui generationi reuelari/ niſi cum venerit Rex meſſias/qui dabit libertatem hec ſecreta reuelādi. pre ceteris igitur (vt dixim⁹) Chriſtus IHESVS hoc arcanum reuelauit. Sed prope eſt: vt quadam tēporis plenitudine / apertius manifeſtet/vt impleatur quod ipſe dixit. habeo alias oues: que non ſūt ex hoc ouili/ quas oportet me adducere. et tūc fiet vnū ouile/et vnus paſtor. Per cūcta autem ſacra volumina et veteris et noui teſtamenti: aliquid excerpi poteſt/ quadam tamē difficillima extortione. preter hos autem o optime rex : qui hāc rē vel enucleate vel inuolute narrauerit / memini me legiſſe neminem.

REX. Si diuine nihil aduerſetur volūtati: velim aperias quo ordine/ quave operatione tantum opus perficitur. LAZ. Id etiam (adiutore deo) pficere deſiderium eſt: vt omnis diuini conſumatio operis habeať.
Plato. Res enim hec diuina/ auguſta/ et regia eſt : et que te Heroicum/ac pium regem deceat. Nam ſi Perſarum olim reges (vt plato meminit) deorum cultum/ Zoroaſtris videlicet magiam ediſcebāt : quanto magis ſincerū/purū / verūq3 cultū (qui ab adulterinis auertit) chriſtiani reges edoceri debent. Sed iam o rex ad heſperium ſol īclinat oceanum/ et ī eo quod poſtulas/ plurime obſeruenť conditiones oportet: quas ſi enarrare pergam / opido longior eo (qui exactus eſt) ſermo ſuccreſcet/noxq3 pluria ītercipiet . adde q̄ anim⁹ cum p̄ſentis orationis longitudine tū rei magnitudine et difficultate/ adeo feſſus labaſcit : vt requiē affe-

ctet. differam⁹ igiť in aliud tēpus/in abditiorē et magis solitariū locū/sapiētes Hebreorū imitātes. Sup eo enī verbo in geneseos libro/deditq̧ Habrahā cūcta q̄ possederat Isaac: filijs autē concubinarū largitus est munera. Sic Cabaliste enarrant. que data sunt cōcubinarū filijs: fuerūt scemoth steltoma/id est nomina immūdicie/ ars videlicet magica. Que aūt data sunt Isaac: fuerunt quedā diuina secreta. que(quia ore ad os reuelata sunt/cabalam vocāt. quod nomē: nostro tēpore apud quosdam cognitū esse cepit. eius tamen operatio(si vnū tantum excepero)omnes penitus latet. tu autem o beate Rex memori serua et fideli mente/ que diximus: deoq̧ in presentis fine sermonis gratias age/ qui nos ad tantū munus cōuocauit. REX. Tue/he sūt ptes o Lazarele: qui gratia excellis et eloquio. LAZ. quia iubes exequar o rex: sed in hac gratiarū actione non meis/ sed IHESV Christi vtar verbis: vt acceptior ipsi deo/sacratiorq̧ sit nostra oratio. REX. Fac vt lubet. LAZ. Gratias ago tibi domine IHESV Christe: quia abscondisti hec a prudentib⁹ et sapientibus/ et reuelasti ea paruulis. At cōgruum mihi videtur o Rex: vt quēadmodum per hodiernū sermonem fere totū egimus/ita aliquo gratiarū actionis Hymno/ sermoni finem esse imponendū/hac presertim in re. nunq̄ enim satis erga deum explere laudationis verba/quisq̄ sufficiet. Laudabo itaq̧ christū IHESVM sub Pimādri nomine. quod ab Hermete et mens et verbum diuine potentie interpretatur. Tu autē o rex faue animis: mecūq̧ auctorē oīm ipsū verbum pronus/suplexq̧ adora. REX. Iam pni/demissis genibus / iūctis tensisq̧ manibus(vt fari occipias) operimur. LAZ.

Cabaliste.

Hermes.

CRAT.

Lux patris verbum radians Pimander/
Prorſus eterno ſata mens ab euo/
Omnium/que es rerum opifex origo:
Laus tibi/virtus/honor et triumphus/
Gloria et regnum/decor et poteſtas.
Tu ſinu obliquo pedibus volutas/
Anguis in morem premis atq; ſoluis/
Horridas vmbras/ſtrepitu frementes.
Laus tibi virtus/honor et triumphus/
Gloria et regnum/decor et poteſtas.
Tuq; naturam velut ales oua
Humidam/verbi refoues calore/
Indeq; emanant elementa queq;.
Laus tibi virtus/honor et triumphus/
Gloria et regnum decor et poteſtas.
Tu facis cunctis opus omne rebus/
Quidquid et vita fruitur vel igni
Aere aut terra/pelagoq; gignis.
Laus tibi virtus/honor et triumphus/
Gloria et regnum/decor et poteſtas.
Tu genus mandas hominum iugari
Luce diuina religaſq; tecum.
Tu dies vertis/tenebraſq; ſoluis.
Laus tibi virtus/honor et triumphus/
Gloria et regnum/decor et poteſtas.
Cum ſuas vires homo perdidiſſet/
Virginis nato penitus iugatum/
Et caro factũ reuocas in aſtra.
Laus tibi virtus/honor et triumphus/
Gloria et regnum/decor et poteſtas.
Ecce cum rurſus cecidiſſet artus
Inter humanos/iterum videris

Sicut antiqui cecinere vates.
Laus tibi virtus/honor et triumphus.
Gloria et regnum/decor et potestas.
Sicut oraclis legitur vetustis:
Magnus ac vna sapiet pusillus/
Non opus mundo monitu frequenti.
Laus tibi virtus/honor et triumphus/
Gloria et regnum/decor et potestas.
Sed dies cedunt operum ministris
Septime terras requies subiuit/
Lucis:en mens est homini iugata.
Laus tibi virtus/honor et triumphus/
Gloria et regnum/decor et potestas.
Quisq3 diuino dabit ore voces.
Celitum laudes reboabit orbis.
Dij simul terris aderunt frequentes.
Laus tibi virtus/honor et triumphus/
Gloria et regnum/decor et potestas.
Omnia in primam faciem resurgent.
En dei regnum(prece quod vocari
Iam tua mandas)properat venire.
Laus tibi virtus/honor et triumphus/
Gloria et regnum/decor et potestas.
Que duo quōdam simul vnū ouile:
Pastor ecce vnus regit/et salubres
Ducit ad saltus/vbi mollis herba.
Laus tibi virtus/honor et triumphus/
Gloria et regnum/decor et potestas.
Tunc bibent viuos latices vbiq3.
Non lupus illic/leo non nocebit
Spina non vellus/laniabit album.
Laus tibi virtus/honor et triumphus/

Gloria et regnum/decor et potestas.
Hac gratiarum actione persoluta: rex ex disputatione vegetior factus/mẽteq; alacrior/sese in regie penetralibus recepit/precatus/alterum /solem exortu suo diem similem allaturũ. Lazarelus vero rege(vt oportuit)cum veneratione salutato: operam suam in alterum diem pollicens /alta iã nocte/abiuit.

Crateris Hermetis adiecti Pimandro & Asclepio Mercurij Trismegisti Finis. Parisiis in officina Henrici Stephani recognitoribus/mẽdasq; ex officina eluẽtibus Ioãne Solido Cracouiensi/ & Volgacio Pratensi Anno domini Saluatoris M.D.V. Calẽdis APRILIS.